

545

LUDOLPHI
VITA
IESU-CHRISTI

COLONIE
PER GOTZ. 1474
TOM. II.

Mi Q
232


545.
LUDOLPHI
VITA
IESU-CHRISTI

COLONIE
PER GOTZ. 1477
TOM. II.



Mi Q
232





Ludolphus de Saxonia:

Meditationes vite Jesu Christi

Köln, Nicolaus Grefz de Schellmadt 1474

Hann 10 291

GW M 19 194

BHC I 238

Expl. beginnt Bl. 239 a α : de confessione (= vol. II)
endet selbss Bl. 465 b β, 468 //

14

GW M 19 194

Nordkirchenbibliothek
Hamburg
BMZ

2012 = 465

Z 425

21723

De confessione vere fidei quam petrus fecit p
omnibus **Capitulum primum**

Prima pars libri h
que pcedit nullam
de passione mencio
ne expresse facit se
cunda vero pars que
hic sequitur frequen
ter de passione facit
mencionem et tanquam
tota continet passi

onem et eorum que vltima sunt serie post pmissa
ergo **V**eit ihesus tamquam saluator ubiq
lumen doctrine spargens ubiq; perditos q
rens ubiq; penitentes saluans in partes et
fines ciuitatis que cesaria philippi uocabat
sed nuc pauas dicat **P**hilippus tetrarcha
frater herodis ciuitatem illam renouauit et
ampliauit et ex tunc eam cesaream philippi in
memoria sui nominis et in honore tyberii cesa
ris qui ei quartam partem regni dederat ap
pellauit **E**t est sita in pede montis libani ab
hinc inde in decliui latere montis oriuntur duo
fontes ior et dan dicti q post modum ad ta
biam et pede libani confluentes efficiunt iordanem
qui post longos circuitus ingreditur ma
re galilee ppe corozaim ciuitate **D**icit etiam
cesarea philippi ad differentiam cesaree pa
lestine ubi cornelius centurio dicit habitasse
Est et alia cesarea metropolis capadocie que
est in regione turchie **I**n ista autem ciuitate
scilicet cesarea philippi et in finibus eius ha
bitabat gentilius ppius et ideo ex hoc q crist
mysterium sue incarnationis hic reuelare uoluit
ostenditur q fundamentum ecclesie in fide ge
nium sit **H**ec enim ciuitas est semicis regiois ge
nium et terminus iudee ad septentrionem ad
ab quam tributum census capitis deferrebat
pro quo sub cesare augusto vniuersis orbis
descriptis dicitur **C**ongruum autem fuit ut in
loco in quo orbis tributum soluit rex regum et
dnis orbis tributum fidei exigeret soluitur de ca
piti anime id est de mente **E**t cum esset solus
orans in via interrogauit discipulos suos no
quia dubitaret vel ignoraret et ut aliquid dis
ceret sed ut eos veritate instrueret et doceret
et errorem hominum per responsionem discipulo
rum eliminaret **I**tem ut eis occasio me
di daret et nos fidei eorum confessione in fide
solidaret **I**te ut fidem illorum persequentem ap
probacionem et pmissionem in ipsis fortius con
firmaret ac differentiam apostolorum et popu
lorum ostenderet **E**xploraturus autem fide disci
pulorum prius vulgi sententiam inquit q con
firmaturus eos in fide prius opiniones et e
rrores aliorum a mentibus eorum remouere voluit

ut de veritate eos melius informaret **S**ic doc
tor euangelicus debet errores destruere ut me
lius possit veritatem astruere **V**olens ergo do mi
nus errores expoi ut eis expulsi discipuli
veritatem proficerent non vulgi opinione sed ex
domini reuelacione interrogauit eos dicens
Quem dicunt homines et turbe vulgares esse fi
lium hominis id est uirginis **H**oc soli cristo co
ueit ad eum enim fuit filius terre alij hominum q ex
utroq; gignuntur pater h solus cristo fuit filius v
niuersi hominis q non nisi unum patrem habuit in terra
hic unum in celo **V**ocat se etiam non filium dei h bo
nis ratione humilitatis qd est contra illos qui
semper volunt se a digniori nominare et ma
iores sue pntele tacitis ceteris allegare **S**ecun
dum iheronimum non dicit quem me dicunt esse
homines licet de se intelligeret ne iactaret
de se querere uideret sed dicit secundum crisos
tum filium hominis q dispensacionis incarnationis
credi vult et in confessionem deuenire **S**i
militer plati ac doctores magni homines de
berent inquirere de fama a collateralibus suis
q bona fama doctoris et pfectus multum fa
cit ad doctrine et edificacionis fructum mala
ad detrimentum **U**nde **O**rigenes interrogauit cris
tus discipulos ut nos semper scrutemur qua
lis opinio sit apud homines de nobis ut si
quid male dicitur de nobis occasiones ill
pcedam si quid autem boni eius occasiones
augeamus **S**ed et discipuli episcoporum
apostolorum instruuntur exemplo ut quales
cuq; opiniones audierunt foris de episcopis
suis referant eis **I**n hoc autem q dominus ab
apostolis quesuit de fide turbauit dedit intel
ligere q prelati reddunt sunt rationem de
fide subditorum **E**t quia de cristo erant varie
opinionum in populo ideo discipuli responde
runt dicendo q alij diceret eum esse iohannem
baptista q in utero matris positus sciebatur
domini presenciam et ppter baptismum et vite
eminenciam cuius opinionis fuit herodes et sui
seguaces **U**nde **T**heophilus **M**ulta namq; pu
tabant q iohannes a mortuis surrexisset si
cut herodes credebat et post resurrectionem
suam miracula prepasset **A**lij vero diceret eum
esse helyam ppter zelum veritatis quem habu
it et propter potencie euidentiam q igne de celo
posuit et q ab celu raptus creditur inde esse ue
niturus **A**lij iheremia p sanctitatem q sanctifi
catus fuit in utero matris et ppter paciencia
in aduersis et ppter beneficiu mie q populi
precata plarit et lamentatus fuit alij autem
vnu de prophetis scilicet helizeu ppter excellenciam
sapientie habuit enim duplicem spiritum helye vel
q surrexit vnu alius de antiquis prophetis
prioribus **E**t sic patet diuisio erroris habit

de ihesu a diuersis. Sic adhuc hodie varia
tunc homines in querendo salute sue beatitu
dine. Vnusquisque enim ponit beatitudinem
in eo quod diligit: et hoc pro deo colit: quod secundum
augustinum hoc ab homine colitur quod pro ceteris di
ligit. Deinde exigit a discipulis propriam de
se confessionem: dicens. Vos autem ab alijs
discreti: qui non estis de turba sed mei discipu
li: quibus datum est nosse misterium regni dei quod
estis lux mundi: quibus omnia quecumque audiui
a patre meo notum feci quem me esse dicatis.
Quasi diceret. Si alij erant opinione falsa de
me vos tamen non debetis errare: quod tam diu me
cum fuistis et mea doctrina frequenter audistis
et miracula facta vidistis. Et respondit petrus
pro omnibus se: pro se et pro alijs quia omnes vnum scie
bant et idem sentiebant licet alij apostoli etiam scie
rent iste tamen tamquam senior ac princeps et caput
aliorum sit os totius collegij ac pro omnibus et pro omnibus
respondit quod omnibus preesse et prodesse debuit. Ex
quo patet quod precipue ad petri successorem perti
net certificatio dubitationum de fide et pertinencia
bus ad eandem. Petrus igitur non a penitibus sed a
prece celesti edoctus dei filium et hominem videns
vtrumque: oporteret est: ac veritate vine et humane
nature id est verum deum et hominem in eodem supposito
constituitur dicens. Tu es christus filius dei viui qui
diceret tu es christus id est homo secundum quod unctus es
oleo gratie per principibus tuis et sic assecutus eius
humanitatem in qua unctus est oleo gratie pro alijs: et
es filius dei naturaliter se et non adoptiuus. Hanc
alij et per consequens eiusdem nature cum deo prece et
sic assecutus est diuinitatem et addit viui id est in
commutabilis et eterni: quia hebrei consueverunt
vocare deum viuum ad differentiationem et distinctionem
falsorum deorum qui non viuunt quod seque gentes vel de
mortuis hominibus vel de insensibili materia et sta
ticia sibi instituerunt. Respondens autem ihsus
petro et in petro omnibus mercedem vere confessionis
dixit ei. Beatus es symon bariona id est filius
iobana: bar ei idem est quod filius: iona autem po
nitur per diminutionem per iobana subtrahita me
dia syllaba. Unde bariona habet accipit ac si fili
us iobanis diceret et propter hoc etiam petrus quia
doque symon iobanis dicitur. Secundum christum. Hoc
dicit ut ostendat quoniam ita naturaliter est christus
filius dei: sicut petrus filius iobane eiusdem
substantie cum eo quod genuit. Beatus inquit es propter
confessionem vere fidei que ducit ad beatitudinem
quia caro et sanguis non reuelauit tibi id est non
pater tuus vel homo mortalis aut humana doc
trina istam veritatem et tantum archanum fidei te do
cuerunt: sed pater meus qui est in celis et per consequens
tota trinitas: quia indiuisa sunt opera trinitatis.
Vbi Christus. Sermo iste conuenit et ad omnes vel
magis quod per hoc dicitur. Beatus es quoniam

et sanguis non reuelauit tibi sed pater meus
qui est in celis. Tu dicis et verum dicis quia
ego sum christus filius dei viui. Et ego qui sum ve
ritas immobilis. Dico tibi pro te et pro socijs
tuis cuius dicere est facere quia tu es petrus et
me petra dictus id est confessor vere petre qui est
christus: ac fide fortis et doctrina stabilis. Me
rito propter fidei fortitudinem et fidelem christi confes
sionem hoc nomen petri accepit qui in petra cristum
credidit. Symon quippe antea vocabatur
sed hoc nomen petrus a domino ei impositum est
ut ecclesiam significaret. Quia ei petra christus
petrus est populus christianus. Et super hanc petram
quam modo confessus es et quam tu modo in fidei fun
damento posuisti id est super cristum edificabo ec
clesiam. Petra enim erat christus super quod fundamen
tum etiam ipse edificat: est petrus huic sententie
apostolus concordans ait fundamentum aliud ne
mo potest ponere preter id quod positum est christus
ihesus. Ac si dicat: non est aliud fundamentum
nisi illa petra quam petrus posuit fundamentum cum dice
ret tu es christus filius dei viui. Super hanc enim
petram edificat tota dei ecclesia. Item super hanc pe
tram id est super hanc fidem et confessionem seu huius fidei
dei et veritatis firmitatem tamquam super fundamentum
firmum edificabo etiam meam. Et porro inferi qui
sunt suggestiones demonum delectationes vici
orum doctrine hereticorum tormenta ac blademata
persecutorum ac praua malorum opera colloca et ex
empla que iter perditionis ostendunt et ad tarta
rum ducunt non preualebunt aduersus eam sed ec
clesiam sic firmata: quia a fide et caritate christi non
separabit eam. Ex quo patet quod ecclesia consistit
in illis personis in quibus est noticia et vera confessio
fidei et veritatis. Deinde claves regni celorum
se petro daturum dominus promittit: hunc non de
bit quia si statim dedisset nunquam in petro pra
uitas confessionis de qua statim subdit vel
error negationis de quo in passione dicitur
locum inuenisset. Sicut autem pro omnibus
apostolis petrus respondit: ita in eo omni
bus claves regni dominus promittit dicens.
Et tibi qui pro ceteris confessus es dabo cla
ues id est iudicij potestatem regni celorum id
est ecclesie presentis: que dicit regnum ce
lorum quia ad usum potestatis eius digne
ministratum. sequitur aditus vel clausio regni
celorum. Unde beatus. Claves autem ei non modo da
tur sed promittitur: necdum enim fabricate sunt super
incudem crucis nec in eo sanguine tepate: ergo
quoque earum ministerio cum in actu perfectionis
fuerit adhuc in ardentis passionis fornace.
primo latroni et homicide apertam ianuam
parabam ut et tu in eo exemplo publicanus et meten
tes iterare permittas. Tu ei super eos iudicium ex
erces qui confitebuntur culpas et expectabunt penam

Et ideo habebis ordinatam iurisdictionem
et iudiciariam potestatem ad quod duo requi-
runtur: auctoritas cognoscendi vel arbitra-
di de culpa et potestas absoluendi vel etiam
iudicandi quod duo sub nomine clauium tibi dabo
Hec Beda Claves ergo regni celorum ipsam
discretionem et potestatem nominat. discretio
qua dignus vel indignus discernat potestatem
qua liget vel soluat. Clavis quippe est potestas
quedam spiritualis supernaturaliter a deo da-
ta et infusa non mnata et acquisita. Et dicit hic
glosa quod due sunt claves scilicet scientia discernendi
ac potestas ligandi et soluendi. Vnde sciendum
quod sicut in sole potentia liquificandi et induci-
di una est in radice sed due in effectibus. Clavis
enim dicitur potestas iudicandi in foris anima-
rum non corporum. potestas autem iudicandi ex
duobus integritur ex potestate discernendi in
causa examinatione et potestate diffiniendi
in causa determinatione per sententiam contra-
minatoriā vel absolutoriā. Prima potestas
dicitur hic scientia non ut est habitus cogniti-
onis sed auctoritas et potestas discernendi et
iudicandi per scientiam prehabita alia dicitur po-
tencia admittendi ad regnum vel excludendi se-
cundum verum iudicium prehabitu quod debent in-
digni excludi et digni recipi. Vnde **Beatus Petrus**
claves accepit in scientia et potestate si-
bi data desuper et hec claves sunt potestas
apiendi et claudendi atque inter admittendos
et excludendos discretio. Deinde subiungit Et
quodcumque ligaueris super terram id est ipso super
terram viuente erit ligatum et in celis id est cele-
stis auctoritas approbabit et confirmabit. Et simili-
ter quodcumque solueris super terram erit solutum
et in celis. Hoc est secundum glosam quodcumque
indignum remissione iudicaueris dum viuente in
dignus apud deum iudicabit et quodcumque sol-
ueris iudicaueris dum viuente remissio pecca-
torum a deo consequetur. Hec autem soluendi atque
ligandi potestas non soli petro sed et ceteris
apostolis data est a domino et non tamen aposto-
lis reuerentia in episcopis et presbiteris omni
ecclesie. Ita tamen quod potestas auctoritatis
auctoritas est in solo deo qui aperit gratie in-
fusionem. potestas excellencie in christo qui aperit per
passionis meritum potestas ministerij in prela-
tis ecclesie quod aperit per sacramentum ministerij.
Sed ideo petrus specialiter claves regni ce-
lorum et principatum iudicarie potestatis acce-
pit ut omnes per orbem credentes intelligant
quod quodcumque ab unitate fidei vel societatis illi
us quolibet modo semetipsos segregant ta-
les nec vinculis peccatorum absolui nec ianu-
am regni celestis ingredi possunt. Et secundum
glosam specialiter eam potestatem dominus pe-

tro concessit ut ab unitatem nos inuicem. **I-**
deo enim eum principem apostolorum constituit
ut ecclesia unum principaliter christi haberet ui-
tariū ad quod diuersa membra ecclesie reue-
renter si forte inter se dissentirent. Quod si diue-
sa capita essent in ecclesia unitatis vinculum
rumpere. Hic ergo petrus eligitur ecclesie pre-
latus sed post alios apostolis hanc promissam
potestatem accepit. Vbi apostoli episcopi
sunt ordinati quod post resurrectionem dominus insu-
flans in eos dixit accipite spiritum sanctum et sed
pastorem omnium fidelium et apostolorum principem
ac suum vicarium in tota ecclesia prestat cum ei dix-
it pascere oues meas. Hec predicta episcopi
et prelati aubiant de munere gaudeant de po-
testate non superbiat. Si enim sic ligauerit ut
petrus si ita soluerit ut petrus quidquid li-
gauerit ligatum erit et quodquid soluerit solutum e-
rit. Imitetur ergo illum in discretionem et iusticiam
quod imitari volunt in ligandi ac potestate. **I-**
deo enim hec soli petro dicta sunt ut omnes a-
lii se in illo quasi speculo videant. si sic viuendo
sic ligando sic soluendo et a pace et concordia non
recedendo. Non presumant quicquam contra iustici-
am et veritatem attendentes verbum apostoli di-
ctis. Non enim possumus aliquid contra veritatem
sed pro veritate. Et secundum. Originem sit irrepre-
hensibilis qui alterum ligat vel soluit ut inue-
niatur dignus ligare vel soluere in celo. Quod-
cumque ergo ligauerit vel soluerit in terra ius-
te et discretē ac utrumque clauē copante et non
erante et ligatum et solutum erit et in celo. Si
tamen iniuste agit prelati sententia eius et si ligat
quo ad ecclesiam militantem non tamen quo ad
triumphantem. Sed si iuste siue iniuste profe-
ratur semper sententia pastoris timenda est ne
forte culpa que non fit ex ope fiat ex elacione.
Vnde **Gregorius** Sub magno moderamine pasto-
ris ecclesie vel soluere studeat vel ligare. Sed
utrum iuste vel iniuste obliget pastor pastoris
tamen sententia regi timenda est. Ne is qui sube-
et cum iniuste foris ligatur ipsa obligationis
sue sententia ex alia culpa mereatur. Pastor
ergo vel absoluere indiscrete timeat vel liga-
re. Is autem qui sub manu pastoris est ligari ti-
meat vel iniuste. Hec pastoris iudicium time-
re reprehendat ne et si iniuste ligatus est ex ip-
sa tumide reprehensionis superbia culpa quod non
erat fiat. Hec **Gregorius** Tunc post confessionem
discipulorum de filio dei factam in petro dice-
te tu es christus filius dei viui. Precepit ihesus
discipulis suis ut nemini diceret et reuelaret
quod ipse esset ihesus christus ut secundum quod ipse
de christo intellexerat alius non predicaret. Hoc
precepit christus causa humilitatis quod de se non
magna sed humilia predicari voluit et causa

non in xpi ente passionis quia si predicaret
et crederetur crucis non crucigeretur et cau-
san scandalizande sue congregacionis quia
si primo in talitas et magna de eo predicata
fuerent et postea pusilli et adhuc infirmi in fi-
de eum flagellari crucifigi et post multa igno-
miniosa mori vidissent scandalizati de eorum
predicatione fuissent Unde ista prohibicio fuit
ad tempus scilicet post resurrectionem ne si an-
te passionem predicaretur irritaretur fides in cor-
dibus credentium propter futurum scandalum pas-
sionis sicut patet factum in ipsis apostolis.
Instabit enim tempus passionis tempus igno-
minie et ostendendum infirmitatis sed post resur-
rectionem habita perfecta victoria mortis erit
tempus predicandi gloriam sue maiestatis Quam-
do enim cessauit causa scilicet scandalum passio-
is cessauit et effectus Unde crucis. Quasi mani-
feste esset agnitus filius dei nemo ausus fu-
isset manus in eum iniicere Et neque crucifigi
fuisse neque resurrexisse a mortuis Propter
ea adhuc inferorum regnum esset in terra et do-
minacio dyaboli totum mundum teneret Unde
et Ambrosius. Multis ex causis iubet tacere dis-
cipulos ut fallat principem ut declinet et iactet
am doceat humilitatem sicut ne rudes et imperfecti
adhuc discipuli maioris predicationis mobi-
libus opprimantur Prohibetur ergo eum dis-
cipuli euangelizare dei filium ut euangelizet post-
ea crucifixum Ideo est fidei gloria si recte in-
telligas crucem christi. Alie crucis nichil michi
prodest sola crux christi michi utilis est Et re-
re utilis per quam michi mundus crucifixus
est et ego mundo. **S**i michi crucifixus est mun-
dus scio quia in ortu est et non diligo eum
scio quia perit et non concupisco eum scio
quia corruptela consumit hunc mundum et qua-
si fetidum vitum quasi luem caueo quam nociturum
relinquo. **H**ec Ambrosius. Modum autem alloquendi
et ad ecclesiam ac fidem vocandi suae gen-
tiles siue iudeos et describit hoc loco idem
ambrosius dicens. Cum aliqui ex gentibus vo-
cantur ad ecclesiam ita preceptorum seriem
formare debemus ut primo unum deum auc-
torem mundi omniumque esse doceamus in quo uiuimus et
et sumus et mouemur cuius et genus sumus
ut non solum propter munera lucis et vite ve-
rum etiam propter cognationem quando am-
geneis diligemus a nobis sit. Deinde opor-
tetur illam quam de ydolo destruiamus eo quod non possit autem
argueri vel ligni materia vii se habere diuinam
Cum unum deum esse persuaseris tunc iudicio eius as-
trues per christum nobis salutem datam incipientes ab
illis qui gessit in corpore etiam diuina describens
ut plus quam homo fuisse videatur victa huius virtute
in ortum mortuumque ab inferis resuscitatum

Paulatim enim fides crescit vel cum supra homi-
nes fuisse videatur deus esse credatur. Nam nisi
probaueris quod facit illa si diuina virtute non po-
tuit. quemadmodum potes probare in eo vim fuisse
se diuinam. Tali athemeses informauit precepto
apostolus tales nobis apud gentes ordo seruandus
est. At vero cum iudeos alloqueretur apostolus ipsum
christum esse dicebat. qui prophetis nobis esset
promissus oculis quem non prius cum auctoritate sua
dei filium nolebant habere virum iustum virum a morte
is resuscitatum Illud virum de quo dictum est in prophetis
filium meum tu ego hodie genui te. Ita ergo et
tu ad ea que difficile creduntur auctoritate diuini
fidei addisce et promissum eius aduentum per
prophetarum vocem designa resurrectionis quod multo ante
comptam scripturarum testimoniis edoceto. non
visitata cum ceteris sicut in ipsa suscitati corporis
assertione eterne testimonium diuinitatis
acquiras. **C**um enim ceterorum corpora corrupta
dum probaueris subisse post mortem hunc utique
de quo dicitur. **N**on dabis sanctum tuum
videre corruptionem. cum probas humane fra-
gilitatis ex parte probas humane conditionis
merita supergressum deo magis quam hominibus
conferendum. **Q**uod si ad sacramenta fidelium ten-
dens catholicum imbuendus sit dicendum
quod unus deus est ex quo omnia et unus ihesu-
sus per quem omnia non duos dominos esse dicere
des. **P**erfectum quidem preceptum perfectum esse filium
habere primum et filium esse substantie personam eter-
ni dei non quod profertur habere quod operatur ex parte ge-
nitum non voce editum. **H**ec Ambrosius. Ut autem
apostoli melius tenerent preceptum domini ne ante
resurrectionem euangelizarent filiumque ne horreret
mortis periculum si regni gloriam diligenter
prospiceret eis tunc passionem suam ostendens quod opor-
teret id esse conueniens esset secundum ordinacionem
diuinam filium hominis scilicet eum ite iherosolimam
ad operandum salutem in medio terre quod perorbium
erat a deo preceptum quod ibi compleret ministerium
dempcionis nostre. **U**n istud oportet operum portat
opere apporari. Oportet inquit non propter sua habere
propter nostra peccata et ideo in psalmo dicitur quod
non rapui tunc exsoluebam. **E**t est notabile quod
ipse loquens de sua passione nominat se filium
hominis non filium dei quasi vellet dicere
quod passurus erat non secundum naturam diuinam sed
secundum humanam. **M**odum autem nostre redemptionis sub-
iungit cum dicit. et multa pati factus enim fasci-
dum mittere id est cumulus amaritudinis quod ex mul-
tis passionum generibus consistit est mittere fasci-
dum multa inquit pati quod comprehendi colaphizari conspu-
actuari deudari flagellari et exprobari a seioribus qui
debent habere preminencia vite et scribi qui vide-
batur habere probationem scire et principibus sacerdotum
qui habebant excellenciam auctoritatis et potencie

quid ab istis iudicatus ē ad mortē et p̄di-
trahitus et occidi in cruce a gentibz que eum
crucifixerūt p̄p̄is manibus et tertia die re-
surgere tāquā uirtute p̄p̄ia nō suscitari pote-
stare aliena. qd̄ dixit ne nimis de eius mortē
tristatē et sic spe resurrectionis cōferta
ē. **A**d hoc em̄ ignominia sue resurrectionis
gloriā p̄dixit. ut suo exemplo timorē pas-
sionis tolleret et eos ad cōfidentia sue resur-
rectionis gloriā eleuaret. **V**bi Ihero. Et au-
tē sensus Tunc me predicare cū ista passio fu-
ero Quia nō p̄dest xpm publice predicare et
eius uulgare in populis maiestatem. quem
post paululū flagellatū uisuri sūt et crucifig-
um. **E**t assumens eū petrus seorsū et dicens
separatim ne cōtra alijs uidere arguere magis-
trū increpauit eū amāris affectu dicens Ab-
sit a te dñe sic pati nō erit tibi hoc scz q̄ in-
treas filius dei uiui. **Q**uasi diceret. Indecē
est q̄ tu dñs maiestatis tā ignominiose pa-
ciaris. **I**ncrepauit petrus dominū potius quā
ceteri qz nō uult cōfessionē suā destrui nec pu-
tat filiū dei posse occidi uel mori uel p̄ci. p̄-
ter feruoris amorē hoc fecit q̄ p̄ ceteris arde-
bat. **E**t bñ assūp̄it eum petrus secreto. relin-
quens nobis exemplum similiter arguendi
maiorē qz inferior nō debet in publico argu-
ere superiorem. **D**ñs autem cōuersus id est facie
uersa ad petrū quē p̄cedebat. ut sic cōuersus
eū aspiceret et efficacius argueret dixit ei ā-
guendo ipsū. **V**ade post me cōformitate volun-
tatis et retro nō contra me sathana id ē ad-
uersarie et cōtrarie qz mee uolūtatē et uie salu-
tis cōis aduersaris et cōtraria loqueris. sath-
anas em̄ interpretatur aduersarius siue cō-
trarius. **Q**uasi diceret nō aduersaris mihi s̄
applica uolūtatē tuam mee uolūtatē. et noli im-
pedire passionē meam sed magis sequere et
post me eūdo uestigia mea imitare. **V**bi Ori-
genes. **B**eatus autē ad quē cōuertit cristus etiā si
corripendi causa cōuertit. **E**t sub iūgit dñs
Scandalū est mihi id est dñs mihi occasio-
nem et me offendis qz in isto facto nō sapis
ea que dei sunt dispositionē dei de mea pas-
sione considerando sed ea que hominū q̄ pre-
sencia appetunt. hūane pro me zelando et me
affectu humano diligendo. **E**rgo sapere debe-
mus non humana sed diuina nō carnalia s̄
spiritualia nō terrena sed celestia ut dicit o-
rigē omne discipulū petantem scandalum
sibi appellat. **P**etrū autē quē dominus an-
te magnificauerat sathanam uocauit. eo q̄
p̄pter amorem carnalem quē ad dominum
habebat dissuadet ei de sua passione ut nō fi-
eret Maximi namqz ardoris et amoris legi-
mus fuisse petrū in dominū saluatōrē nostrū

Ut enim legitur in iunctio clementis pe-
trus adeo afficiebat ad xpi corpale p̄sent-
iam. quā feruētissime dilexerat q̄ post xpi
ascensionē quociensumqz dulcissime p̄sencie
ac societatis et alloquēdis xpi et sanctissime
cōuersationis memore eāt totus in lacrimas
resoluebat ita ut gene eius aduste lacrima-
rum fluxu uidebantur. **E**cce zelo igitur cristi
uolebat impedire eius passionē et quia iste
zelus erat indiscretus nam xpi passio erat a
deo p̄ordinata ad humani generis salutem
ideo duram meruit reprehensionem. **Q**uia er-
go affectū nō regulauit ut uellet qd̄ cristus
uolebat et uolūtatē suam nō conformauit
uolūtatē diuinē cui aduersari uidebatur me-
rito reprehendit et sathanas id est aduersari
appellat. **H**oc ergo exemplo domini habeas
et tu omnes p̄ aduersarijs. q̄ pro corpali alle-
uiacōe et cōsolacōe a bono et exercicio spūa-
li te uellet retinere. **S**icut autē petrū quē an-
te p̄bauit hic increpat sic nemo ob bona p̄-
facta immunis sit a correptione p̄pter mala
quē facit. **N**on est ergo in cruce domini uiciū
clādum sed potius gloriandum qz est nostris
salutis signū et bonorū nostrorum p̄cipium.
Vbi Crisostomus. **U**t coronā ita circūferam? crucem
cristi. **E**t em̄ oia que secundū nos sūt per ip-
sam p̄ficiunt et si regenerari oporteat. et crucis
accedit et si pasci mystico illo cibo et si cōsecra-
ri et qd̄cūqz aliud facere ubiqz symbolū id ē
signum uictoriē nobis assistit p̄pter hoc et i-
n domo et in muris et in ianuis et in frōte et i-
n mēte cū multo id studio salutis em̄ que p̄ no-
bis est hoc est nostrū signū. **Q**uā igitur signa-
ris exogita omne cōditionem crucis uel cau-
sam nō enim simpliciter digito insigniri eā o-
portet sed cū multa fide et null? p̄pe tibi sta-
re poterit in mūdū demonum uidēs ensem et
gladiū in quo plazam et pestiferū vuln? acce-
pit et arma per quē omne uirtutē eius cristi-
tus soluit. **N**ec Crisostomus. **O**ratio

Omine ihesu criste quē beatus petrus
uēbū dei filiū est confessus te quoqz
ego indignus toto corde et ore cōfite-
or. qz tu es xpus filius dei uiui et eterni et ro-
go te dñe clemētissime da mihi ut ope te cōfi-
tear et factis nō negādo fidelis inueniar q̄ti-
nus benedictionē tuam cōsequar cū petro ac-
firmus in fide et ope p̄maneam cū ipso. **D**a e-
ciam m̄ etiam rex meus et deus meus ut cō-
formitate uolūtatē te sequēdo beneplacitū
tuum in omnibz p̄ficiam. oimodē ab offēsa
tua abstineā et sic usqz in finem te largiēte
perseuerē. **A**men

De exhortationē ad sequendum cristum
et sue passionis exemplum. **Ca^m. II**

Dicit dominus discipulis
mysterium sue passionis secre-
to p̄dixit cōuocat turbam ad
eis et tam ipsos discipulos
quā om̄s ab sui imitationē
et passionis tolerāciam iu-
tāt Quasi diceret. Nolite phibere passionē
q̄a oportet sustinere eam om̄es saluari volen-
tes Et ideo hic ab om̄s generaliter loq̄tur.
et om̄s hortatur q̄a imitatio passionis ab o-
m̄es p̄tinet vel per martiriū vel p̄ penitēciam
Vnde ait si q̄s q̄s notat varietatē: vult post
me venire p̄ affectū interiore p̄ imitationem
exteriore ad patrē supiorem et bene dicit vult
q̄a neminē cogit s̄ cōsulit et vnūquēq̄ suo ā
bitrio relinq̄t. vt seruiciū sit grāci? dominus
et p̄mū sit grācius seruo Vnde cr̄s. Cū au-
tē saluator sit pius et benignus nullū inuītū ā
coactum habere vult famulū sed spontaneos
et grācias agentes ei p̄ famulatu Et ideo ne-
minē cogendo aut necessitate imponendo: s̄ p̄
suadendo et benefaciendo vniuersos volentes
attrahit Et iterū. Si q̄s aurum daret ā the-
saurū exponeret om̄s aurēret multo magis
ad ea q̄ sūt in celis Hec cr̄s. Et subdit do-
minus Abneget semetipsū p̄ p̄prie volunta-
tis renūciationē nō tantū sua vel suos s̄ suū
intellectū suū affectū suū sensū et tollat crucē
suam p̄ mortificationē corporis sui p̄ op̄passio-
nē p̄p̄m et si necesse fuerit p̄ sustinēciā mā-
tiri et sequatur me habens lucē i intentione
cōtra fauorē huānū me sequēs ducē in op̄aci-
ne cōtra errorem dyabolici me expectās mer-
cedem in remunerationē cōtra tēpale cōmodū
Rectus ordo vt q̄ vult seq̄ dominū p̄mo ab-
neget se ipsū. et sic tollat crucē vt p̄mo volū-
tas ei? sit p̄mpta ad om̄em miserā sustinē-
ciā Et notandum q̄ p̄m? homo tria p̄didit
p̄ peccatum sc̄z. libertatē et felicitatē et digni-
tatem. q̄ tria docet s̄ dominus p̄ tria recipere
libertatē cū dicit abneget semetipsū felicitatē
cum subdit et tollat crucē suā dignitatem
cum addit et sequat̄ me Vel abneget se in
p̄sp̄itate et malū declinādo tollat crucē suā
in aduersitate et bonū op̄ando et sequat̄ me vi-
te p̄formitate et in deū oīa ordinādo In vrb̄
aut̄ b̄m p̄dictis excludūt̄ sex genera penitē-
cie vrb̄ et est p̄ma violenta. cōtra q̄s dicit
si q̄s vult sc̄da diminuta quādo sc̄z hō dat
sua deo et se mūdo cōtra q̄s dicit abneget se
metipsū tercia delicata q̄a sicut volūt aliqui
facere penitēciā vt nullā sentiat afflictionē
cōtra q̄s dicit tollat crucē q̄rta mutata quā-
do aliq̄ gloriānt̄ de passionibz pat̄ū vel fra-
trū suorū ipsi vero nichil talū faciūt cōtra
q̄s dicit suā non aliena quāta momentanea

quādo aliq̄ vna die abstinēt et alijs diebus
delicijs vacant cōtra q̄s dicit cotidie. sex-
ta simulata quē est ypocritarum cōtra q̄s
dicit et sequatur me non fauorem mundi.
Si quis etiam vult post me venire hoc est si
quis vult attingere perfectionem vite cristi-
ane faciat ea que sequuntur scilicet ab ne-
get seipsū et tollat crucem suā et sequat̄ me
Vbi tria exp̄mūt̄ in q̄bz p̄fectio vite xp̄ia
ne cōsistit Prīmū est sui abnegatio sc̄dm ē
crucis portatō terciū vite xp̄i imitatio Quā-
tū ad p̄mū sciēdum q̄ ad sequēdū xp̄m opor-
tet hominē tria abnegare sc̄z sua sc̄dm illud
q̄ non renūciat oībz que possidet nō p̄t me?
esse discipul? Et suos sc̄dm illud si q̄s venit
ad me et non odit patrē et cetera non potest
me? esse discipul? Et semz ip̄m sc̄dm q̄ hic
dicit abneget semetipsū sc̄z vultatē et p̄cā
abiciēdo et ad meliora mutādo vt desinat ēē
q̄s erat et incipiat esse q̄s nō erat et alter ex
altero efficiat̄ ac voluntatē p̄p̄iā abnegādo
q̄s plus est q̄ abnegare res ipsas et abice-
re Vnde p̄p̄er. Quid eis p̄dest q̄ facultates
suas abiciūt q̄ voluntates p̄p̄ias nō re-
linquūt cū sit longe p̄stācius volūtātibz
renūciare in rebus huiusmodi ergo abnega-
cio debet fieri omnibz desiderijs carnis et mū-
di cōcupiscētijs p̄fecte reluctando et in bonis
actibus nulla cōplacēcia p̄p̄iā vel humanā
captando. sed solū diuinū honorē i omnibz q̄
agim? intendēdo vt sic vniciter possimus di-
cere cum cr̄sto non veni facere voluntatē ei?
quī misit me. Quantū ad secundum scien-
dum q̄ crucē tollere tripliciter potest intelli-
gi sc̄z p̄ carnis mortificationē. per p̄p̄m cō-
passionē per martiriū sustinēciā Vnde hila-
Sequendus est dominus crucē assumpta eti-
am passionis: et si non forte tamē voluntate
comitandus est P̄c̄dm maximū ep̄iscopum
duo abstinentie et crucis sunt genera vnum
corporale scilicet a delectationibz et ab alijs
que decipiunt sensus viciat̄ reuocare ac vi-
olentē abstrahere et cohercere aliud spiritua-
le: q̄s est speciosum et sublimius scilicet mo-
tus anime regere et perturbationes illi? pla-
care impetus viciatorum refrenare et contra ea
cotidie litigare: ac vīpam quodammodo cū
interiore homine conferere Hec maxim? Hoc
etiam de crucē tollendā potest et aliter exp̄-
ni dupliciter vno modo de crucē corporali: et
sic conuenit martiribus. Et per hanc crucē
intelligitur oīe genus martiriū scilicet mor-
tis et cuiuslibet alterius pene vel periculi pro
cr̄sto sustinēdi animi preparatio: Tunc et
sc̄dm augustinū. crucem nostrā tolli? quādo
p̄alitates q̄libz p̄ xp̄o voluntarie assumimus

9
Alio modo de exponitur de martirio spirituali quod
conuenit religiosi et perfecti de quo martirio di-
cit apostolus **N**ihil mundus crucifixus est et
ego mundo id est secundum gloriam mundi concupis-
centie non habent in me dominum nec mundus iam
mihi se ingerit et ego contra eum sum fortis **E**t
nota quod non fuit causa utrumque dixit sed sibi mun-
dum crucifixum et se mundo **P**lerumque enim contingit
ut homo mundum non teneat sed tamen mundus
eum in suis occupationibus astrigit et mortuus
est homo mundo et mundus eum quasi uiuus concupis-
cit dum in alio intentum in suis actibus saepe con-
tendit secundum gregorium nec paulus a mundo glo-
riam querebat nec ipse a mundi gloria que-
rebatur Sunt autem tria in mundo que nobis de-
bent esse crucifixa et nos eis **Q**uia ut dicit io-
hannes omne quod est in mundo aut est concupis-
centia carnis aut concupiscentia oculorum aut sup-
bia uite **H**orum trium crucifixio fit per tria vota
religiosorum qui uere martires sunt spirituales
Primum ergo martirium consistit in temporalium volun-
taria relictione secundum in concupiscentie carnis re-
luctatione et quanto forcius est ista pugna tanto
gloriosior martiris victoria tunc in ipse uolun-
tatis abdicatione quod secundum gregorium per obedi-
entiam mactat uoluntas propria et per victimam caro
aliena et ideo obedientia dicitur melior quam victima
Quantum ad tertium de uite christi imitatione
sciendum quod christum sequi nihil aliud est quam ei
uestigia imitari et eius uite confirmari **I**psam au-
tem imitari debemus triplici via qua nos preces-
sit uidelicet paupertatis humilitatis et asperita-
tis christus enim in suo ingressu nobis reliquit ex-
emplum sincerissime paupertatis in progressu ex-
emplum profundissime humilitatis sed in egressu ex-
emplum acerbissime penitentis et quod in hijs tri-
bus debemus christi uestigia sequi ideo ad iugum eorum
memoria nos inuitat dicens **R**ecordare pau-
peris mee quantum ad primum et transgressiois mee
id est profundissime humilitatis quantum ad secundum
et abstinentie et felle id est amarissime pas-
sionis quantum ad tertium **E**t nota quod omnia in
quibus deuoti sectatores euangelice christi debent
imitari et eius similitudinem conformari possunt
et hoc modo ad tria reduci uidelicet secundum
tria bona que a deo receperunt ut sunt res exte-
riores corporis proprium et ipsa anima que omnia oportet
relinqui propter deum si volumus ipsi christi esse
perfecti imitatores **P**erfectus enim christi imi-
tator primo debet relinquere mundum et omnes
res temporales et etiam cum hoc omnium terrenorum
occupatione et similitudine penitus debet post-
ponere hoc autem fit per uoluntariam paupertatem quam
christus altissime seruauit quod in tota uite sua pau-
perissimus fuit **S**ecundo debet relinquere corpus quod
quidem relinquatur tribus modis primo per carnis

motu actione per quam corpus uigilijs ieiunijs
et orationibus atque ne caro lasciuat et contra
spiritum se erigat penacite non presumat secundo per
temporalium comodum abiectionem quod quod nimis delica-
te nutrit seruauit sed corpus suum postea inuenit
eum contumacem et ideo debet semper in rigore tene-
ri ut magis subiacet spiritui tertio per penali-
tatem uoluntariam per passionem sicut apostoli et ma-
tires qui per christum uoluntarie sunt passi **E**t omnia
ista christus fecit et seipsum in exemplum debet
Tercio debet relinquere animam suam per ipse uolun-
tatis abdicationem ut uoluntatem suam ita
diuine uoluntati conformet quod nihil aliud uol-
uit nisi solum illud quod diuine uoluntati benepla-
citu fuerit hoc enim fecit ipse christus qui dixit non
facere uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui mi-
hi sit me **U**n uoluntatem diuinam ita habeas regu-
lam et mensuram omnium actionum tuarum sic quod in
omnibus actionibus et desideriis tuis nihil conui-
piscas nisi quod honor dei in te ampliet et in omni-
bus alijs creaturis **S**ed est sciendum quod nullus
potest uiuere uita christi nisi etiam moriatur mor-
te christi ideo sicut christus per hoc quod ex nimia
caritate se assumpsit nostre carnis inclinatum
se ipsum exprimit et per consequens claritati di-
uine qua patri consubstantialis existit quodammodo
mori uoluit ita quilibet ad istam perfectionem te-
dens debet per uiam humilitatem et plenarium con-
tempnum sui mori sibi ipsi seipsum usque ad nihil
deiciendo et seipsum nihil reputando ut uiuere
possit soli deo **H**omo enim ad perfectionem ten-
dens debet seipsum hoc est quod uidetur habere a se
ipso nihil reputare quod autem habet a deo puta
bona dei quibus conformatur uite christi debet se
me reputare et cum summa diligencia custodire ut
uere possit dicere cum apostolo uiuo autem iam
non ego uiuio uero in me christus **U**nde de ta-
libus mentibus perfectis sic mortuis sibi ipsis
dicit apostolus **M**ortui estis et uita uestra ab-
scondita est cum christo in deo **S**ignanter autem
dicit et uita uestra abscondita est cum christo in deo
quia uita illa que mens per amorem continuu et be-
atissimum perfecte uiuit deo in patria illa est in
presenti abscondita quia propter necessitatem
mortalis uite talis amor continuus et non inter-
ruptus in presenti uita habere non potest **S**ed
hoc euidenter apparebit in uita beata ubi ob-
iecto beatifico continue fruemur et in solo deo iu-
giter delectabimur propter quod bene subdit **C**um
autem christus apparuerit uita uestra tunc et uos
cum ipso apparebitis in gloria **E**st autem sci-
endum quod mora ista spiritualis qua homo per con-
tempnum sui mori sibi quibusdam gradibus per-
ficiatur primus est quod homo per humilitatem repu-
tet se omnibus uiliorem secundus est quod hoc uerbis
aperta fateatur tertius est quod etiam ab alijs dicitur

equanimiter paciatur. quare est qd homo
equanimiter ferat qd ab alijs contemptibile
tractat? quid? qd homo nō solū nō doleat
sed etiā diligat qd ab alijs contempnat. Et oēs
isti grad? pprie despectiōis pfecte reluce-
bāt in cristo. Sequimur ergo et imitemur nō
dyabolū vt abiciōis et supbi nō mūdū vt ci-
pidi et auari nō carnalē appetitū vt voluptu-
osi et lubrici s; dñm ihesū xpm. Qui em deū
nō seqt ei qdē neq; se abnegare neq; crucē
tollē pde. Vis seq cristū. Vis deo obediēs et
ppriū diligens ac pptē deū oīa sustineas et
facias et malū declinādo circa vītutē iustas
hac em via xpus ierbit. Per hāc ergo viā
ābula si vis eū seq in vita presenti et cū eo
gaudere i patria. S; heu pauci hodie domi-
nū seq volūt et tamē mlti ad eū puenire cupi-
ūt. Vnde ber. O qd pauci p? te volūt ire deie
cū tamē pueniē ab te nō ē qd nolit cōregnā
cupiūt s; nō cōpati non aūt qdēre quē tamē
dehderāt iueniē cupiūt te conseq s; nolūt seq
optāt extrema iustorū non aūtē pūcipia
corū. Et qd? monuit ad sustinēdū p cōfē-
sioē fidei mātiriū cōsequēter tollit h? cōfessio-
nis tplex impedimētū et pmo pūm qd ē mimi?
amor sui iphi? dices. Qui em voluerit animā
id ē aīalitātē suā scz vitā presentē alimonis
idigētē saluā facere id ē in presēti custodire
māritiū declinādo vel corp? i penitēcia non
inacētādo hoc ē pōd? saluare tpe psecutiōis
q; me cōfiteri scz eligēs pōd? deū offēdere q;
p eo mori vlt tpe pacis. Delicātē sēuare pōd?
q; p penitēciā affligere pōd? eā in futuro scz
vitā p aīaz et p vitā momētanea iuret mor-
tē eternā. Vnde fugiēdo mortē iurret mortē
et sēuādo vitā amittit vitā. Qui autē pōdē-
rit aīaz suā id ē aīalē et presentē vitā pōdē-
rit et mortē si nō ē se exponēdo eligēs pōd? p
do mori qd eū offēdere vlt p penitēciā se affli-
gēdo eligēs pōd? sic deū placare qm se slica-
te fouēdo ipm mag? irritat. et hoc non pptē
mūdi vanitātē vlt ēoris defēsiōē ā despaciō-
nē s; pptē me id ē ātēp cōtra mea faciat mā-
data iueiet eā i futura glā et p vitā momēta-
neā iueiet etēnā. Istud dictū dñi s; aīa et vitā
saluāda et pōdēda simile ē scdm greg. ac si di-
teret agricolē s; rumētū si suas pōas si seīnas
renouas. Igit vt dicit cassiodor? vlt carm q
h supata nō fuit nā q i hac cōuēlaciōe viciē
illie hū dubio corōat. Vnde et ber. Qui volue-
rit aīaz suā saluā facē pōz eā. Et qdē prudēciā
eā pōis vt custodias qd custodis vt pōas.
Quid h vos dicitis obseruatoēs ciborū morū
neglectores pōcias et seqces ei? docēt ani-
mas saluas facere in hoc mūdo pps et eius
discipuli pōdē. Quē nā vos et duobz seq mā-

gistrū eligitis. Epictet? atq; pōcias corpis
alē voluptatē alē bonā habitudinē pferet me-
us mgt vltq; rei cōceptū pōdēat. Quid em
tū aliud sōiūt cū clamatū ē qd aīaz suā p-
det eā. Pōdēt aut dicit sū pōdēdo vt martie
sū affligēdo vt penitēs. Quāq; mātiriū gen?
sit spū facta carnis mortificā? illo mīmū q
mēbra cedunt ferro: horrore qdēmi mīā? s;
diuinitate molesti? . Nec ber. Deinde tollit
scdm impedimētū qd est nimia cupiditas lu-
ci et dehderij terreni dices. Quid em pōdēt
hominē si vniū mūdū luere? de q nichil
scdm moriēs portare poterit nisi peccatū pmo
qto pl? acq; hūit de mūdo tāto pl? acq; hūit
de inferno. Vn in apoc. dicit qdum gloriā
uit se et i delicijs fuit. tātum date illi tori-
mētū et luctū. anime vero sue detrimētū pa-
tiatē scz amittēdo glāz inuētēdo penaz etre-
nā et pōdēdo hūanā substantiā. Quasi dice-
ret nichil pōdēt p talia mltū pōdēt scz id qd
ē immortale et diuinū in eo. et ideo aīa cū sit i
mortal pōdēda ē omnibz corruptibilibz et
tāsticoribz; nā anima rāōnalis magie tri-
mitatis insignita pōdēat ē aūtis trās. Et iō
stultus ē qd pl? pecuniā qd se ipm diligit: qd
facit qd ppt illā tormētis etnis se expōit. Vn
nō stult? ē auarus: imo pōdē qd dyabol? qd
auarus pl? diligit nūmū qd aīaz suā vel ali-
orū s; dyabol? pl? diligit vñ aīaz qd totū mū-
dū. Quāppē dicit xpo psumēs decipe ipm
si cadēs adraueis me dabo tū mūdū istū. Et
iō vt dicit. Orige. duobz pōdētis mag? est
eligēdy vt mūdū pōam? et lucrem? aīas nās.
Vn et Ambro. Valde timdy ē ne ppt auariciā
pecunie vel ppter amorē carnal vite salutē a
nimay qdēre negligā? qd nichil pōdēt lucri-
ficare tpalia si pōant etēna. Et dat Cris epē
plū. Si egēs in vltis malis pōit? viderēs
seruos i lascīnia agē qd lucz estiatēs tē eorū
dominū ēē sic qd lucrat aīa tua misera carne
lascīuētē. si futūā dāpnatōē expectat. Sed
magna heu hodie cecitas et amētia i hominē
bz epī. qd scdm aug. si qd argentū auro
pōmit demittit? iudicat. si vero aux deo pō-
nit a nullo repōdēt. Expōit etiā pōdētū do-
mini s; bā de illis q aīas aliorū lucri volūt et
suas negligūt. Vnde cris. Si alteri? sollicit?
atēpnas te filis es eis qd metalla fodiūt et
netat. Et qd poss; aliq; dicere et si aīaz pōam-
ta m ex mltis qd luctor eā ēdīmā qd salm est.
Vnde dicit. Aut quā omuta cōz id ē ēdēpōz
dabit hō p aīa suā scz dāpnata. Quasi. bi-
si p ea tot? mūd? dāet nō p hoc liberatētur.
Et iō non pōt opari lucz mūdi ad detrimētū
anime p qd homo pōdēt eam et vitam etēnā.
Nā pōdētis dicit pnt p alias dicitas opari.

et si mors i fligit potest compensari p uitā i
mortalem q̄ m resurrectione expectatur h̄ si
anima per culpam perdat non expectas i ali
a anima recompensari q̄ nō poteris aliā ani
mam sed neq; aliq̄d aliud quasi cōmutatio
nem p ea dare vt liberes eū de eterna mor
te **Deus** autē p animab; hoīm dedit cōmu
tationem sanguinē filij sui p̄ciosū p̄denda ē
igitur aīa et vīta p̄sens in hoc seculo aptē
dñm non saluanda p̄pter lucrū et desiderū
terrenum **Qua** p̄pter vt ait **Aug⁹** Volūta
tie nunc p x̄po postponamus q̄nq; dimitte
da ne q̄d ab sit pro t̄āstorijs admittam?
eterna **Si** em̄ tibi diceret̄ his toto hōc mēse
diues et potēs et fac q̄cquid velis vt ere car
nis voluptatib; si aut placet ea tñ cōdiciō ē
vt oculi tibi postea eruant omne solatiū tol
laē toto tēpore uite tue in fame et siti i omni
cruciatiōe et omni miseria viuas nūquid illud
tale bonū hoc tenore susciperes **Et** quidē to
ta hec vita nec mēsis ē nec vnius diei vel
hōre spaciū ad illius eterne infelicitatis cō
pacionē tui miserie neq; finis est neq; p̄na
similis inuenitur **Vnde** **Ih̄do⁹** Si haberes sa
pienciā salomonis si pulchritudinē abso
lomis si fortitudinē sampsonis si lōgitudinē
enoch si diuicias crethi si potestātē thebomā
quid p̄deset tibi si tantē caro daret vermī
nib; anima demonib; cū diuite cruciāda si
fine **Quasi** diceret nihil **Duo** quippe sunt tē
pōra ecclesiē aliud p̄secucionis et tūc aīq̄
deum negemus pōnenda est anima et p̄sens
vita aliud pacis et tūc frāgēda sunt desideri
a terrena et lucra cōtemnenda **Nulla** ergo
mundi aduersitas animā tuā frāgat nulla
p̄sp̄ritas alliciat nulla fallacia seducat a p̄
ceptis et mandatis dei et a caritate q̄ est i crī
to dño nostro **Omib;** enim modis et in oība
debemus semper beneplacitū dei facere et ab
offensa eius abstinere **Deinde** tollit terciū
impedimētum ad cōfitemdum fidem crīsti q̄d
est pudor seculi **Nam** secūdu **Gr̄** Sepe ex
humana verecūdia p̄pedimur vt rectitudi
dinē quam seruamus in mēte nondū ex
primere valeamus in voce et tāto dei faciem
ad iusticie defensionē negligemus quāto hu
manas facies contra iusticia veremur **Et** se
cūdum eundem sunt qui dicūt nos nō erubescimus
deum cōfiteri sed ad p̄fessionē fidei
non sufficit vox p̄fessionis crīstiani dum
verentur a proximis despici dum dedignāt̄
iniurias tolerare dum erubescunt si iurgium
contigerit priores satisfaccere **Hoc** ergo im
pedimētū terciū tollit primo ex fructu se
cūdo ex pena q̄ crīstus cōfiteres cōfitebit̄
et recognoscet et erubescētes erubescet id ē

non cognoscet ed̄s de suis in seculo suo at
ventu et iudicio cum venerit in maiestate sua
scilicet hūana id ē in forma humana glori
ficata et p̄s id est in maiestate diuina que
sibi et patri est cōmunis quā tamen habet a
patre suo et sanctorū angelorum qui appare
bunt cū eo **Tunc** em̄ erubescet infidelis ign
orabit fatuas virgines obiurgabit fatuas vir
gines **Vñ** patet q̄ non solū iudicabit fili⁹
in forma deitatis sed etiā pater et filius et
spiritus sanct⁹ q̄m est vna maiestas in for
ma tamen visibili solus filius apparebit vt
ex hoc solus filius hoīs iudicare dicat **Inde**
uise itaq; iudicat pater et filius nec nō spī
tus sanct⁹ vñ quia potēcia sapiēcie cedit in
discrecionem iudicij vbi equitas mag⁹ ē exa
mianda et cōsiderādum q̄d cui debeat pro
meritis q̄uis et potēcia sit exēcūda nec bō
nitas subtrahendo ideo specialiter discrimē
iudicij attribuit sapiēcie q̄ iudiciū est p̄
sapiēciā diuinā sapiēcia autē tota cōitāt
filio et ideo etiā solus filius dicitur iudicare
Tempe ergo p̄secucionis nō erubescat
crīstianus fidelis pro crīsto affligi et si op⁹
fuerit morte affici ac substantijs nudari et
honorib; deici **Tempe** vero p̄ads cū vicia
maxime subripuit carnem refrenet ne lascī
uat et pro crīsto nō vereatur a proximis de
spici iniurias verborū pati p̄or proximo satisf
facere vt veraciter probeat sequi humilitatē
tapitis sui et ipsū cōfitemens mereatur ab eo cō
cognosci **Et** ad abnegandum se et tollendū
crucem auditores teneantur ideo tristibus
leta subiūgit dicens **Filius** em̄ hominis ibi
est uirginis qui ita vocat p̄pter sui humilita
tem p̄pter carnis veritatem p̄pter matris
pūritatem huc itegritatem venturus est ad
iudicandū orbem in gloria patris sui cū an
gelis suis in forma gloriosa iudicabit **Qui**
pus venit humilis venturus est p̄t manifest
tationem glorie et uirtutis **Et** tūc reddet hī
temporis dilacionē vnicuiq; sū personarū
accēptionē vbi non p̄sonē opa cōsiderant
vnde sequitur secundum opera sua sine dimi
nucione iustus q̄dem p̄miū scz gloriā am
me et corporis alijs autē supplicium scz penā
vtriusq; **Hic** est locus merendi et librandi
animā ibi mittendi et recipiendi secūdu me
rita **Ambula** h̄ dum lucem habes ne ibi tene
bre te cōprehendāt **Suscipe** hic mortē vt ibi
suscipias uitā immortalē **Noli** timere q̄
tristib; leta sū credūt **Times** mortē audi
gloriam tripulātis veteris crucē auscultā a
gelorū ministeria **Attende** et hic verbum ber
nardi qui dicit vis scire q̄ debeas ih̄u crīsto
Debes ei vitā suā q̄ ipse vitā suā posuit et

tua Et quia uides etiam apostoli ne eum sic
uenturū dubitaret et fatigati expectatione
deficerent promittitur in presenti consolatio
ut cibus crebant de futuro. Vnde bonus ma-
gister ne discipuli desperatione frangerentur a
tebio subiūgit eos consolatio Amen dico uo-
bis ut securi de hoc fructus sūt quidam de hic
stantibus discipulis qui nō gustabunt mor-
tem temporalem q̄ est quidam gustus respectu
mortis eterne vel gustus dicitur quātum
ad bonos qui nō permanent in morte donec
videant oculis corporalibus filiū hominis re-
nūtem in regno suo idest in ea caritate reg-
ni quam habebit cum ad iudicium ueniet ut
qualis est uenturus postea presenti quoq; tē-
pore demonstratur et appareat hoc est donec
videant similitudinē glorie quam corpora a-
lectorū qui eum nunc continent habebunt in
ecclesia triūphante ut per hoc speretur eter-
na futura in te Vnde scdm̄ glosam in corpore
mortali ostendit eis non immortalitatem sed
claritatem future immortalitatis similem et ita
sensus est donec videāt regnum dei id est p-
magiacionē glorie regni dei Cū cristo hic stā-
tes sunt in statu gracie qui pro ipso pacien-
ter passiones sustinet et isti mortem culpe vel
gehennę non gustant: sed cum ipso ad glo-
riam eternā trāseunt. Hanc piam promissi-
onem eis fecit ut per uisam gloriam future
resurrectionis et contemplacionem gaudiū ma-
nentis ad diuersa transeuntis seculi forci-
ferenda animaret. Visionem autē promissā
distulit ut eam uolentius desiderarent et
desiderata magis acceptaret et gratiam habe-
rent

Oraatio

Domine ihesu xpe da michi ut me ip-
sum sic abnegem q̄ in pspitate et in
omnibus que temporaliter delectant a
malo declinē et nichil mihi honorē tuū querā
mee q̄ uoluntati renūciāns tibi et ppter te
omni creature obediam Da etiā michi ut tol-
lam crucem meam afflictiones et penalia
tes p me uoluntarie assumendo et ab alijs il-
latis patienter sustinendo ac pprimis in ne-
cessitatibus compaciendo et in omni aduersi-
tate bonum facere nō desistendo Da etiā mic-
hi ut te sequar uestigia tua imitando: et tue
uite me cōformādo post te ueniā ad supnām
patriam ptingēdo

De transfiguratione

ne domini

Capitulum

Tercium

Deinde q̄ iam supra pmissis
soluit cū dicit. Et post dies
sex scdm̄ matheum non nu-
merādo extremos vel die oc-
taua scdm̄ lucā numerando
diem primū quo pmissis et

ultimū quo soluit assumptus est ihesus scdm̄
petrum et iacobū et iohannem et dixit illos
secum in montē valde excelsum sc̄z thabor
quarto miliatio a nazareth contra orientem
ut ibidem oraret Matheus et marcus ponūt
tūc dies medios sed lucas etiam extēmos
Illi sex quia post septā mundi etatem anime
sanctorum in beata expectatione requiescentē
lucas octo q̄ in octaua resurrectionis corpā
sanctorū in gloriā immortalitatis resurgēt Nō
ergo post sex etates q̄scendū esse ab omni la-
bore et ibi octauo tempore resurgēdum desig-
nat Vnde scdm̄ Ihero et glosam hoc bene mis-
terio cōuenit nam sicut xps post septam sab-
bati qua crucem ascendit et post septimam
sabbati qua i sepulchro quiescit octaua die
resurrexit sic et nos post sex mūdi etates q̄s
bus pro domino patimur et laboramus et
post septimā q̄etis animarū que interim i a-
lia uitā gerūt octaua etate resurgem? Tūc
figuratio ergo fuit in octaua die q̄a facta ē
ad ostendēdum discipulis suam gloriam resur-
rectionis future q̄ erit in octaua mundi eta-
te et ppter hoc figurata est hic p octauam di-
em Assūpsit autē secū tres tantū: ut in ore
triū staret testimoniū Item in signū q̄ quī
nūc sūt trinitatis firmi seruabunt tunc in e-
terna uisione gaudebunt Istos autem tres
scilicet petrū iohannem et iacobum speciali-
ter assumpsit quia istos familiariter diligebat
Hoc autē fecit ad designandū q̄ quāq; uult
gloriam dei uidere oportet q̄ fidem ag-
noscat sicut petrus q̄ uicia supplantet sicut
iacobus q̄ ad bene opandū grāciam habeat
sicut iohānes q̄a omne meritum cōsistit
in credēdo uerū i declinādo malū in faciēdo
bonū Item ad cōmendacionē omniū statū
ecclesie nam per petrum signifi catur coniugati
vel etiā prelati per iacobū penitētes vel actiui
per iohannē uirgines vel theoretici Et pulch-
re ostensurus discipulis resurrectionis glo-
riam secum eos duxit ut intelligamus q̄a
si eiusdē resurrectionis p̄cipēs esse cupimus
a turbis malignorū hominū et tu multibus
seculi diuini esse debemus Pulchre etiā eos
in montē excelsum duxit et non uallē ut dis-
camus gloriā nō in profundo huius seculi sed
in regno supne beatitudinis esse querendā et
q̄ ad illam gloriam future resurrectionis per-
uenire et i decore suo xpm uidere merebimur
si yma et terrena deserentes ac sublimia et
celestia desiderantes mēte in celestibus habite-
mus Necesse est em̄ oib; q̄deū cōtemplari
desiderāt ut nō i infimis uoluptatibus iaceāt
sed semper ad celestia se erigant Ascendit
autē in montē ut oraret inuēns oratōres

in monte virtutum ascendere et sursum non in y-
mis corda habere ac cōtinuis precibus insiste-
re Et bene mons iste dictus ē thabor qđ ac-
cessio lucis interpretat qđ omne qđ manifest-
tatur in lumine manifestatur Effectus autē
oracionis ostendit ppter qđ orauit scđ ppter
gloriā future resurrectionis manifestādam a
postolis Dum enim oraret transfiguraturus
est coram eis. Non dicit trāfigurauit se vt
notetur actio fieri ex potēcia trinitatis sed
in natura humanitatis Et bene dum oraret
facta est altera species vultus eius feruor e-
nim et deuotio oracionis dispositio ē ad trā-
figuracionē et extasim mentis Vnde petrus
dum oraret factus est in extasi mentis Con-
spice bene ista et te presentē exhibe qđ mag-
nifica sūt valde Resplenduit enim facies si-
cut sol pmo plus quam sol sed nichil habet
clarus an cōparetur Vestimēta autem eius
facta sunt alba sicut nix et sic pfusa lumine
vt alba extra apparerēt secūdu aug. candor
vestiū pcedebat a faciei splendorē et ista fuit
vera mutatio in facie sed non in veste. Non
substāciā vere carnis amisit nec corporis
veritatē subtraxit sed splendorē addidit Vñ
lucas dicit qđ facta ē species vultus eius al-
tera non alia In carne ergo mortali imortalitatis
et resurrectionis sue vel nostre gloriā
non in se s; i seculi claritate sicut voluit ostē-
dit vt illius glorie qđ predicabat cerciores
nō redderet Ecce quantū pignus beatitudi-
nis nostre habemus Non em aliud trāfigura-
tione nisi secunde aduentus pñunciatio in qđ
et ipse cristus et sancti eius lucebūt sole cla-
rius Vñ non assūpsit claritatis dotem s; do-
tis similitudinē Nam vt leo papa ait illam
ipius deitatis ineffabilem et inaccessibile
uisionem qđ in eternam vitam mūdis corde
seruatur nullo mō ad huc mortali carne cir-
cūdati in tueri potēat et uidere Splendor au-
tē faciei significat claritatem diuinitatis ful-
gor vero vestiū claritatem humanitatis eius
Item claritas faciei representat futurā cla-
ritatem capitis cristi fulgor autem vestiū de-
signat futurā claritatem mēbrorū eius scili-
cet sanctorū qđ supabunt a claritate cristi si-
cut candor mūis supat a fulgore solis Can-
dor ergo significat gloriā future resurrecti-
onis ppter qđ angelus dominice resurrectio-
nis nūcius in veste candida apparuit et secū-
dū bedā vestitus domini sanctorū illius cho-
rus accipitur qui i terris despectus uidebat
Notali ter circa trāfiguracionē dñs trā fecit
quia discipulos assūpsit montē ascendit
oracionē pmiit ad significandū qđ ad glori-
am non puenire nisi p uirtutis societatem

per vite altitudinē per oracionis deuotionem
Felix ergo qđ talem comitatū assūpsit Petrus
scđ qui interpretatur agnoscens vt sit in eo co-
gnicio que debet esse triplex scilicet dei sui et
proximi Cognicio dei generat dilectionem
et cauet desperationem cognicio sui generat
humilitatē et cauet presūpcionē cognicio pr-
imi generat cōpassionē et caueat crudelitatem
Et sicut suā fragilitatem sic et mundi vani-
tatem agnoscat et agnitā cōtēnnat Iacobū
qui interpretatur luctator vel supplantator vt
sit in eo lucta et supplantatio que etiam debet
esse triplex scilicet carnis mundi et dyaboli
vt cōtra cōcupiscēcias carnis et mūdi ac isti-
gaciones dyaboli fortiter luctet et eas de-
uictas sub planta psterneat non enī corona-
bitur nisi qui legitime certauerit In signū
huius iacob post luctos accepit benedictiōē
Iobānē qđ interpretatur gracia vt in eo sit gra-
cia que similiter debet esse triplex scđ incipi-
ens proficiens et perueniens Vñ Apłs Gra-
cia dei sū id qđ sū qñtum ad primā et gracia
eius in me vacua nō fuit quantū ad secundam
sed illis omnib; habūdantiū laborauit non
autē ego solus s; gracia dei meū qñtum ad
terciā Iohannes etiam pñlegio singularis
amoris dei dotatus fuit sic bonū diuinū sup
omnia diligat et in omnib; trāstōrē nihil
nisi amorē diuinū cōcupiscat Item petrus
alio nomine dictus symon qui interpretatur
obediens significat obediēciā iohannes
in quo gracia significat mundiciā Iacob
qui luctator vel supplantans significat paup-
ratē voluntariā et ista tria faciūt uidere clari-
tatem diuinā sicut isti uiderūt trāfiguraciōē
Felix qui talem montē id est eminēciā vite
ascendit in quo sunt tres gradus scđ abiec-
tio sui mortificatio carnis cōtemptus mūda-
ne prosperitatis de quib; supra proximo ca-
pitulo si quis uult p me uenire abneget se
et tollat crucē suam et sequatur me Felix qđ
sic oracioni insistit pie fideliter et pscueratē
donec appareat gloria in facie clerici qđ trāf-
figuratur in solem dum lucent p sciēciā ac-
dēt per caritatem illuminant per exemplū et
doctrinā in vestimētis laici quib; sufficit al-
bedo mūis per mūdiciā mētis carnis et op-
eris Et apparuerūt illis moyses iam mortuū
secundum animam in corpe assūpto vel sibi
adoptato sicut quando apparent angeli i cor-
porib; assūptis et helyas adhuc uiuus in a-
nima et corpore ppo allatus de paradiso Appa-
ruerūt cū cristo isti duo potius qđ alij alter
mortuus alter adhuc uiuus in signū qđ vi-
uētū et mortuorū seu vite et mortis sit dñs
et qđ iusti tam mortui qui per moysen qđ uiui

qui per helyam qui tempore iudicii vel viui
in carne recipiendi vel a morte resuscitandi sunt
regnaturi sunt in gloria cum illo Item ut osten-
dant ipsum esse quem legis et prophetarum scripta
predixerunt et promiserunt et ut hinc appareat quod
lex et propheta a doctrina christi non discordant et quod
finis legis et prophetarum in suo sermone Christus est
tunc et eius gloria propter quam venerat et ut ipse
ostenderet se esse super legem quam moyses legis-
tor debet et super prophetas inter quos helyas pro-
phetator precipuus fuit per moysen quidem signifi-
ficat lex per helyam prophetam et per dominum euangelium
Apparuit ergo dominus? mediis inter moy-
sen et helyam tamquam ipse et euangelium habet
fuit a lege et prophetis testimonium Item unus
mortuus et alter viui? apparuit ut significet
christum mortuum et iterum victum vel ut nos
mortui sumus mundo viui autem deo Item ut ex
omni parte Christus testimonium haberet de celo
premi in voce de ethere nubes de paradiso helyam
de terra apostolos de inferno moysen. Et lo-
quentes cum eo dicebant excessum eius quem completu-
rus erat in iherusalem id est passionem in qua fuit ex-
cessus amoris doloris et humilitatis Amor fuit
et super mensuram secundum illud iohannis maiorem hac
dilectionem quam dolor super consuetudinem secundum illud
trentum O vos omnes qui transitis et humilitas super
paupertatem secundum illud trentum. recordare paupertatis
et loquatur autem ipse est talis gratia redemptionis
futura per christum testimonium legis et prophetarum per
figuram esse ostendere Et notandum quod non loque-
batur de tali materia tamquam indicantes christo qui
nesciret sed eum adorabant de adventu eius in car-
ne et quod misterium passionis quod ipsi predicarent
viderunt in christo complendum et leti fortasse
quia videbant redemptionis sue totius quod humani
generis die appropinquare Compaciebantur nichil
ominus christo quia tam gloriosa facies debebat
sic conspici et sic mundiose tradi et iudicari et
crucifigi Notandum etiam quod gaudium magnum
factum est apostolis et prophetis non solum de transi-
guratione christi sed etiam ut dicit effectus de mutua
visione quod unusquisque testamenti princeps con-
gregati sunt cum deo abraham Videbat enim moy-
ses dum iudeorum principes christianorum petrum considera-
bat helyas castus virginem iohannem et utique in
iacobo laudabant martirij privilegium. Petrus
vero et qui cum illo erant grauati erant sompno op-
pressi a gloria quod splendore incomprehensibilis
deitatis premuntur sensus humani corporis. Et
euangelistas viderunt maiestatem eius et duos vi-
ros scilicet moysen et helyam quos cognouerunt
predicte claritatis illustratione Unde dicit Am-
brosius quomodo apostoli cognouerunt moysen et helyam
quos nunquam viderunt et respondet quod per maiestatem
tam super eos presentem in quo inuenerunt quod in su-

tuam gloriam alter alterum quem nunquam vidit cogn-
nosceret Secundum glossam beatus helias dicitur epimi-
us prophetarum contra de dauid hoc dicit in psal-
mo super psalterium et de moyse in glossa super ex-
odum. Et soluitur quod moyses fuit epimius
domini familiaritate figuram ostensionem legis
promulgationem helyas epimius vite austerita-
tem arguendi auctoritate vite diuinitate da-
uid epimius prophetie sublimitate regia dignitate
et speciali ei facta promissione. Tunc petrus tam-
quam feruentior dixit ad iheresum domine bonum est nos
hic esse scilicet in morte et in contemplationis dulce
dome Celesti eius dulcedine gustata vilescunt in
fima Unde iaban? Quo amplius quis degus-
tat dulcedinem vite celestis eo amplius omnia
alia fastidit in inferioribus Si vis faciam? hic est
a tabernaculo ad manendum scilicet hic continue ti-
bi unum moysi unum et helye unum Non loqua-
tur de tabernaculo per se et sociis suis faciendo
quasi supponens se et socios tamquam discipulos
cum magistro magistrum in suo tabernaculo. Petrus
operando commendat christum et se in morte manere ex
modico gustu participationis future glorie
quam in christo uiderat ut per hoc discam? quod nichil
est difficile pro christo pati nec tormenta nec
crux nec mors ut ad montem celestis glorie per-
ueniam? Si enim sensibilis visa christi gloria sic
petrum in morte impressionibus et in tempore sub-
iecto illecebre ut diceret bonum ibi manere quid
estimandum est de illa ineffabili et intelligibili glo-
ria eterna in celo ubi nulla interperies nulla per-
eigrine impressionis molestia ubi nullum malum sed
omne bonum obtinebitur Vnde beda O quanta felici-
tas visionis deitatis inter angelos adesse pe-
tuo si tantum transformata cuncti humanitas
duorum quod sanctorum societas ad punctum visa
delectat ut eis ne discedant petrus prestare
velit obsequium. Unde et remigius. Visa do-
mini maiestate et duorum scruorum petrus
admodum delectatus est ut cuncta temporalia obli-
uioni traderet. et ibi in perpetuum vellet mane-
re. Si autem petrus sic ascensus est quanta est
suauitas et dulcedo videre regem in decore
suo et interesse choris sanctorum omnium et angelorum
Nec remigius? Sed eriauit petrus et nescie-
bat quid diceret hoc petendo. tum quia in
via patriam requerebat et umbra future glo-
rie quam viderat variam estimabant glori-
am oblitus regni dei non esse sanctis pro-
missum in terra sed in celo quia in gloria ta-
bernacula manufacta necessaria credebat
ignotas domum manufactam non esse necessariam
in seculo futuro tum quod se et apostolos adhuc
carne mortali circūdatos esse non abuebat et
absque gustu mortis immortalis vite statum
subire volebat cum etiam quod suamet propinorum

salute non attendebat **Unde Aug?** Quis
 didis sancte pater mundus pater et tu secretum
 queris. **Vides** tot gentes in vnum conue
 nire et tu quetem diligis **Vides** tenebras mun
 di et tu lumen abscondis **Nemo** quippe ac
 cendit lucernam et ponit eam sub modio et
Unde et damascen? Non est tibi inquit per
 tre bonum quod christus moretur quam si tibi manifest
 set nequam tibi facta promissio consequere
 effectum **Neque** enim claves obtinisses reg
 ni nec mortis tamenis abolita esset **Et** ut bi
 cit cristus qui audiuit quod oportet eum iherosoli
 ma ire et multa pati adhuc timet per custo
 sed post increpationem non audet aperte dicere
 rursus propitius esto tibi sed idem occulte per
 alia signa insinuat **Quia** enim videbat multam
 quietem et solitudinem cogitavit convenire ibi
 esse stationem ex loci dispositione quod signifi
 cat dicens **Bonum** est nos hic esse vult etiam
 semper hic esse ideo tabernaculorum meminit di
 cens **Si** vis faciamus hic tria tabernacula **Co**
 gitavit enim quod si hoc fieret non ascenderet ihe
 rosolimam et si non ascenderet christus non mo
 riter ibi enim sciebat scribas insidiari ei **Nec**
 cristus **Et** licet petrus ut homo stupefactus nesciret
 quid diceret in hoc tamen suam devotionem
 ostendit et in fide sibi ardoris monstrat indi
 cium **Unde** inebriatus petrus erat quod de vna
 gutta vini celestis quam biberat quasi tres tab
 ernas facere volebat sicut enim ex passionis mag
 nitudine ut timoris vel amoris aliquis prum
 pit in aliqua verba sine premeditatione ita si
 militer ex magnitudine devotionis et delec
 tationis ex parte dixit petrus illa verba que
 tamen non erant rationabilia quia in solo aspec
 tu humanitatis christi non consistit essentia be
 atitudinis et ideo illud non debebat suffice
 re per finali beatitudine **In** monte thabor est
 grande monasterium grandi filia circumbat
 tres habens ecclesias iuxta quod petrus ait fa
 ciamus hic tria tabernacula **Tri**a tabernacula
 contemplativus moraliter facit quia legem et pro
 phetias et evangelium praeceptis legendis dispo
 nit scilicet corde credendo ore confitendo et ope ad
 implendo **Sciendum** autem quod ista transfigura
 cio significans gloriam sanctorum primo describi
 tur a maiestate dei quia tota trinitas ibi appa
 ruit pater in voce filius in humana carne et
 spiritus sanctus in nube per quod datur intelligi
 quod gloria sanctorum consistit in fruitione bea
 te trinitatis **Sicut** enim petrus ebrius ex dul
 cedine illius claritatis voluit facere tria tab
 ernacula ita habet homo tria tabernacula in
 anima sua que nec moyses nec helyas sed
 sola beata trinitas delectabiliter inhabitat se
 cundum illud iohannis ad eum veniamus et man

fiat apud eum faciemus **Nec** autem sunt hic
 memoria intelligentia et voluntas **Na** filius ha
 bitat in tabernaculo intelligentie implendo ip
 sam dei plenissima et lucidissima cognitio
 ne spiritus sanctus in tabernaculo voluntatis
 implendo ipsam sapientissima et suavissima di
 lectione pater in tabernaculo memorie implen
 do ipsam cognitum et dilectum perpetua refectione
 et securissima tenetione quibus actibus amina
 in deum quasi totaliter transformatur et quo
 dammodo dei formis efficitur **Tunc** verificatur
 secundum quandam per gustationem illud quod didi
 tur alibi inter in gaudium domini tui **Secun**
 do describitur ista transfiguratio a societate
 consortii quia ibi fuerunt moyses et helyas iaco
 bus petrus et iohannes **In** celesti igitur glori
 a habemus socios omnes veteres et novi tes
 tamenti sanctos beati veteris testamenti dis
 tinguntur in duos ordines scilicet patriarchas qui
 intelliguntur per moysen et prophetas qui per helyam
Beati autem novi testamenti distinguuntur in
 tres scilicet in matres qui per iacobum in confesso
 res qui pleni sapientia dei intelliguntur per pe
 trum qui interpretatur agnoscens in virgines
 qui per iohannem **Vel** potest dici quod christus
 voluit habere testimonium sui adventus ab il
 lis qui sunt in celo scilicet a patre et ab illis qui sunt
 in mundo scilicet a petro iacobo et iohanne et ab
 illis qui sunt in terrestri paradiso scilicet ab helya
 et ab illis qui sunt in inferno sive limbo scilicet
 a moysen **Vel** per sex personas signatur sex bo
 na quod deus confert contemplantibus quia in contem
 platione primo mens illuminatur quod signatur
 in petro qui interpretatur agnoscens **Secun**
 do raro supplantatur quod signatur in iacob qui
 interpretatur supplantator **Tercio** gratia au
 getur et augmentatur quod significatur in iohan
 ne qui interpretatur in quo est gratia **Quar**
 to mundus contemnitur quod significatur in mo
 yse qui interpretatur assumptus ex aquis **Quin**
 to cor amore inflammatur quod significatur in heli
 a qui captus fuit in artri igneo **Sexto** dul
 cedo celestis per gustatur quod significatur in ihesu
Unde petrus qui vnam guttam per gustaverat
 dixit domine bonum est nos hic esse nesciens
 quid diceret **Tercio** describitur ista transfigu
 ratio a glorificatione subiecti cum dicit respice
 bunt enim facies eius sicut sol vestimenta autem eius
 facta sunt alba sicut nix per que signatur bea
 titudo et gloria quibus sanctorum corpora induen
 tur **Dominus** igitur petro non respondit na
 licet ex fervore devotionis loqueretur tamen quia
 imprudenter interrogavit ideo responsum
 domini non meruit respondit enim ut in hac glo
 ria confisteret tempus erat **Qui** autem vult
 deo facere tabernaculum preparat penetralia

cordis sui et inueniat locum domino tabernaculum deo iacob. Quia vero male materiale tabernaculum e frondibus et tentorijs questum est mans in eterna illa gloria temporalia tabernacula necessaria ubi nulla abuerfita-
tis aura est timēda ubi deus omnipotēs tem-
plum est et domus ecclesie ideo nubis lucis
de accepit obumbraculum. Vnde seq̃tur. Ad
huc eo loquēte et de tabernaculorū vñbiliū
constructione cogitāte. ecce nubes lucida ob-
umbravit eos quia maiori luce et vera cogni-
tione suffudit vt intelligerent electis in eter-
na tabernacula receptis nō ēē necessaria cor-
palia tabernacula et eos nō esse p̃tegendos
tegimine domoz ubi nubis et spiritus sancti
gloria protegētur et in abscondito faciei do-
mini abscondē. Et intelligas q̃ cum petrus
loq̃retur interrim anteq̃ verba cōpletet dis-
cesserūt moyses et helias. et mox nubes sub-
seuta est quasi interrumpuntur verba eius p̃
obumbracionē nubis querebat petrus terre-
strū tabernaculum et celeste affuit obumbracu-
lum et ista nubes non fuit causata ex istis ca-
liginosis vaporibz s̃ ex vehemēcia lucis pro-
cessit q̃ sicut fum⁹ est ab igne ita ista nubes
fuit a luce ad instruēdas aut mētes ap̃lorū
de cognicione diuinitatis vñgeniti filij dei
post moysi et helye testimoniū vñ p̃ris de nu-
be-mō tonitruis testimoniū phibuit dicens.
Hic est filius meus nō adoptiue s̃ p̃ natura
dilectus filius meus sc̃ naturalis et p̃prius
non aliūde creatus vel adoptiuus. Hoc est
sc̃dm Ambro. non helyas filius nō moyses
filius sed hic est filius quem solum vidētis
Recesserūt em̃ illi ubi cepit dominus de fig-
nari vt ille solus demonstrare ne errarent a-
postoli. In quō michi bene oplacui id est in
q̃ meū beneplacitū de redēptione mūdi cōple-
te cōstitui. Vel sc̃dm cris̃ in quo delector in q̃
requeſco quē accepto q̃a omnia que sunt p̃fī
cum diligēcia exseq̃tur. et est vñ eadem
q̃ vñtas ip̃ius et patris q̃re et si crucifigi
vult ne contradicas. Ipsum audite magis q̃
moysen vel helyam quia cristus finis est le-
gis et p̃phetarum. Ipsum audite vt sup̃mū
et singularem magistrum qui docebit vs o-
mnia necessaria ad salutem. Ipsum audite q̃
veritas est. ip̃sū querite q̃ vita est ipsum seq̃-
mini q̃ via est. Ac si vt ait re mig̃ alijs ver-
bis dicet et recedāt vmbre legales et typi
p̃phetarū et solū choruscū lumen euāgelij seq̃-
mini Felices ergo apostoli quā non solum do-
mini claritate videre meruerunt sed etiam
vocem patris insonantem audierūt. Nec ab
hac felicitate nos ex toto alieni erim⁹ si q̃ uē
ille crediderunt et nos credi⁹ et quō illi vige-

rūt amādo viuū et quē dilexerūt totis visce-
ribz amam⁹. S; q̃ hūana fragilitas i p̃ncipia
maiestatis opprimē gl̃a q̃ pond⁹ dimitatis
et cōspectū maiestatis glorie ferre nō valet
ideo dum audiret vocem terribilē de nube ce-
derūt in facies suas nō sicut mali retrorsū
Vnde hemigius. In eo vero q̃ sancti discipu-
li in facie ceciderunt. sanctitatis fuit indicium
impj em̃ retrorsum cadūt vt hely. Cadunt
ergo iusti in facie modo p̃pter timorē vt hic
mō p̃pter humiliacōem vt magi padētes a-
dorauerūt eum modo p̃pter g̃ciarum actionē
vt seniores ceciderūt in aspectu trōni in faci-
es suas. Et timuerunt valde quia se errasse
cognouerūt q̃ nubes lucida apparuit. quia
vocem q̃ tonitruale sc̃ patris cui⁹ maiesta-
ti timor debet audiret. Ad hāc vt dicit effre-
fugerūt p̃phete ceciderūt apostoli et timuerūt
Tonitruū q̃dē terribile fuit. Vnde de ip̃a vñ-
terra sub ip̃o cōtremuit. Sed q̃s hūana fra-
gilitas quabat benigne pius magister verbo
piter et actu cōsolatur et erigit. Nam clemē-
ter accessit ihesus q̃ p̃ se surgē non potēant
et tetigit eos familiariter et dulciter vt tactu
debilitata mēbra solidaret dixitq̃ eis vt me-
tum et timorem fugatē. Surgite contra sa-
sum et nolite timere contra metum. Beati illi
quos tangit ihesus. beati illi q̃s tangit sa-
lus et vita. Illi em̃ suegūt illi sine timore et
securi sūt. Rogemus ergo eum vt et nos tā-
gat et a sompno stuporis et insipiecie excitet
atq̃ ad se vidēdum nobis oculos apiat. Dul-
cis amic⁹ est q̃ pie consolat⁹ et potēter adiuuat
Ad tactū ergo et consolacōz ihesu miseratoris
quā p̃statis de p̃teritā ad beneficiū auxiliij por-
git et iacētes erigit discipuli surgētes nec mo-
ysen nec helyā viderūt. s̃ solū ihm in figura
asuetā q̃ cōuersari solebat int̃ eos. Sc̃dm glo-
sam. si moyses et helyas perseuerassēt vñ p̃a-
tris videretur in cōsta cui potius testimoniū
dedisset et ideo recesserunt illi ne ad eos vñ
fieri putaretur. sed vt ad solum ihesum p̃tine
intelligere. Allegorice ablata nube viderunt
moysen et helyam euāuisse ac solum ihesū
remansisse. quia postq̃ legis et p̃phetarum
p̃mbra discessit que quasi nube apostolos tēp-
erat viderunt eum et scripturā illis reuelata
fuit et euāgelium i quo vtrumq̃ repit̃ur so-
lum remansit. Notandum autem sc̃dm glo-
sam q̃ bene conuenit misterium sc̃de regene-
rationis que scilicet erit in resurrectione ubi
raro resuscitabitur cum misterio prime que
est in baptismo ubi anima resuscitatur. In
baptismo em̃ xpi opatio t̃mitatis ostensa ē
fuit em̃ ibi fili⁹ icamat⁹ appuit in sp̃e colūbe
sp̃us sanct⁹ et pater fuit ibi i vñ declarat⁹

Et similiter in transfiguratione que est sacramentum secundum regenerationis. tota trinitas apparuit pater in voce filius in homine spiritus sanctus in nube. Nam gloria illius quam modo in baptismo credentes confitemur in resurrectione uidentes collaudabimus? Nec frustra spiritus sanctus hic in lucida nube illic in columna apparuit. dona enim sua per species dea clamare solet Innocentiam autem in baptismo te donat que per aue simplicitatis designatur daturus est autem claritatem et refrigerium in resurrectione et ideo in nube refrigerium et in fulgore nubis claritas resurgendum corporum figuratur. Qui enim nunc simplici corde fidem quam percipit seruat. tunc luce apte visionis quod crediderat contemplantur. ipsa quoque quam lustrabit in perpetuum gratia protegetur. Et descendens ihesus cum discipulis de monte precepit eis precepto instructionis ut nemini diceret uisionem de gloria transfigurationis ante suam resurrectionem a mortuis. **Primo** Secundo Iheronimus dictum esse incredibile propter rei magnitudinem uideretur. Secundo secundum theonem homines audientes tam gloriose de deo dicere scandalizarentur postea uidentes eum crucifigunt. Tertio secundum remigium ne predicatio glorie passionis fructum impediret quia si maiestas illius fuisset diuulgata in populo plerumque resistendo principibus sacerdotum passionem eius impedire uisissent. et sic de precepto humani generis retardata fuisset. Quarto secundum hylarium. quia tunc debebant esse testes diuinitatis christi cum esset spiritu sancto repleti et ad tante uisionis testimonium perhibendum confortati. Quinto secundum damianum quia alii discipuli adhuc imperfecti fuissent tristati quod hanc uisionem non uiderant et iudas magis incitatus ad perniciem saluatoris fuisset. Sexto quia resurrectio christi multum fuit dubitabilis ideo reseruata fuit ista uisio illo diuulganda a tempore quando maxime oportebat ipsi resurrectioni testimonium perhibere cui prestabat argumentum non modicum ipsa gloria transfigurationis ipsa quoque uisio magis credibilis uidebatur per resurrectionem factam monstrabat. Septimo ut daretur nobis exemplum ea que ad laudem et gloriam nostram spectant esse occultanda quam diu sumus in hac mortali uita et ad faciendum hoc quod in ecclesia dicitur ne laudes hominem in uita sua et in eodem ante mortem ne laudes quicquam. Per hoc etiam ostendit quod secreta et misteria diuina non sunt semper sed loco et tempore debitis publicanda. et debet exemplum uiris sanctis non facile publicandi reuelaciones sibi factas sicut paulus annis xlii tacuit scriptum suum. Fuit autem transfiguratio domini facta circa uis

principium. Unde euangelium de transfiguratione legitur in ecclesia sabbato quatuor temporum post primam in quadagesima dominica. festum uero transfigurationis domini celebratur vi kalendas augusti. quia tunc ab apostolis fuit transfiguratio predicata et publicata quam tacerent usque ad diem illam propter prohibitionem a domino eis factam. In descensu montis thabor contra occidentem est una capella ubi dominus dixit nemini dixeritis uisionem. **Oratio**

Iesu redemptor perditorum. saluator redemptor anime lacrimose et post te currens dulce solatium et suauiter refrigerium. munda michi omne delectamentum extra te te sperare et obliuisci ut tuo sapore merear. iocundari. et ueniat oro tempus ut quod nunc credo te uelatis oculis tandem aspiciam. quod nunc spero et a longe saluto apprehendam quod pro uiribus meis desidero uinis anime amplectar et de osculor et in claritatis tue abisso totus abscondar ut in uelamento alarum tuarum sit pax michi per uum. Amen. **De sanatione luitici. Ca. IIII**

Equenti autem die ihesus rediens de monte ubi transfiguratus fuerat. uenit ad discipulos quos inferius dimiserat. et occurrit ei turba que circa ipsos erat. Similiter si prelati uellent ad subditos descendere per humilitatem compassionem et affabilitatem multa turba occurreret eis per penitentiam. Sed quia semper stant in alto per elationem seu ambitionem uel curiositatem ideo pauci eis occurrunt. id est pauci ad eos accedunt. et pauciores ab eis sanantur nullum enim legitur dominum in monte sanasse. Et accessit ad eum. quidam de turba pater miserum ei unico filio luitico secundum lumen inuocationem magis pacem et spiritum immundum habenti quem eicere non potuerunt ei discipuli. Qui eum apprehendens ad terram allidebat. et uolitando per diuersa membra uexans dissipabat siquidem ad ostendendum uolentiam passionis spumabat ac dentibus stridebat. et languens arescebat et uix descendebat dilanians eum. Qui etiam sepe eum uexando clamando clamare faciebat. et nunc in ignem nunc in aquam mittebat ita ut dudum pissent nisi per uidentiam eum conseruasset. Et cum iubente domino abductus esset statim spiritus conturbauit eum uidens enim se cito eiciendum faciebat prius quod poterat in eum. Deinde increpans eum dominus et precipiens ut exiret ab eo et ne amplius in eum introiret. quem etiam ab effatu malicie sue sordibus et mutum uocabat quia sordidum et mutum eum fecerat. statim discerpens eum exiit ab illo. Et factus est sicut mortuus

sed ihesus tenens manum eius eleuauit illam
et surrexit sanus et reddidit illam patri eius
Moraliter iste lunaticus? significat peccatorem
quem dyabolus primo apprehendit per peccatum de
lectacione secundo clamare facit per peccatum ar
dens desiderium. tercio mutum facit ab peccato et
diuine laudis confessionem. quarto surdum per
obduracionem ad uerbum dei mortificationem. quin
to lunaticum per mentis instabilitatem et continu
am in malum variationem. sexto elidit et
uoluntatem eius in diuersa peccata precipitacio
nem. septimo dissipat per diuersarum cogitacio
num uarietatem. octauo stridere facit dentibus
per iram et indignacionem ac spumare per castri
margiam et libidinem. nono in ignem luxurie
mittit vel etiam elacionis quia ignis sursum ten
dit et alia petit necnon in aquam uoluptatum
et cupiditatum submergit. decimo aridum reddit
per odium seu ignauiam et in deuotionem. **V**nde
rimo uix discendit per peccati consuetudinem. duo
decimo dilaniat et dilacerat per naturalium vul
neracionem. **Q**uam autem puer ad deum accedit
conuertitur quia sepe post peccata ad deum con
uerteret magis a demonio impugnatur. ut uel
per uirtutum et labores penitentie exerceat
et ad uicia reducat uel de sua expulsiue se
vindictet. **S**ic in primitiua ecclesia multa gra
uia certamina illis appositae quos suo regno
subtrahi uoluunt. **N**on autem puer uim patiens
sed dyabolus uim inferens incipit quia qui pec
catum uult sanare uicium obediendo debet argu
ere et depellere sed hominem amando refouere et
confortare. **P**rius uero demon ab homine non
potest reuertitur si homo cor suum claue humili
tatis et caritatis seruauerit. **E**xistens autem
discerpit eum quia dum de corde expellitur acci
ones in eo temptationes generat. **E**t liberatus
a demone uelut mortuus uidetur quia enim terre
na desideria subegit uita in se carnalis conuer
sacionis exfiguit et mundo mortuus apparet.
Quam autem hostis mortuo filium reddit hunc sal
uator pie de pectore tactu leuauit in quo ostendit
dei auxilium et surrexit in quo monstratur hominis
studium primo enim deus nos uiuat. deinde a nobis
requiritur ut bonum operemur. **E**t cum introisset in
domum discipuli secreto interrogabant illum quia
se ipsi non potuerunt eicere illum et dixit propter
incredulitatem eorum. **N**on dicitur discipuli incre
duli propter defectum fidei sicut iudei sed propter re
missionem feruoris nam fide remissa habebant
non sicut genui synapis quia non cum debito feruo
re credebant ut precipue ipsi facere debebant. **N**ec
enim impossibile erit habenti feruente fide et per
dilectionem operante cui nunquam sufficit quod bene ges
sit. **G**ranum quippe synapis est modicum feruidum
amarum et ueneni expulsiuum in hoc ergo quod hic

compat fide grano synapis innuit quod debent
habere fide modicam per humilitatem feruidam
per deuotionem amaram per tribulationum pressio
nem ueneni erroris expulsiuam per sinceritatem.
Secundum Ambrosium. **G**ranum synapis res est sim
plex et si teratur uim suam subdit sic fides si im
plex uidetur et si atteratur aduersis gratia su
e uirtutis effundit. **Q**uod reducit eos ad hu
militatem mouendo ne quis de operibus gloriatur sed
humiliet se deo cui iure obsequium debet dicens.
Cum feceritis omnia que precepta sunt uobis. **D**ici
te non tantum ore sed et corde ne sit tantum uocalis
humilitas sed et realis seruus imitator sumus? quod
debumus? facere fecimus nec uos iactetis quia
bene seruistis nichil enim fecistis quod non debu
istis. **Q**uasi dicat. **D**icite gratiam non meruimus?
sed debiti seruicium soluendo penas uitiumus? **E**t
e contra superbi cum neque omnia sed modicum quid
eorum que precepta sunt faciunt non solum mor
de sua iusticia presumunt sed et infirmos quosque
despiciunt non enim sumus nostri sed seruus quia
pretio magno empti et ergo propter cuius pretio
empti sumus? seruare tenemur. **E**t nichil ob
mittere quod debemus? nec aliquid facere quod non de
bemus. **U**nde seneca. **S**apiens nichil facit quod
non debet nichil pretermittit quod debet. **N**on di
citur inutiles seruus facientes iure debiti man
data dei qui fructum recipiant uite beati sed dicuntur
inutiles quia dominus bonorum nostrorum non indiget
uel quia non sunt condigne passiones hominum? tempo
ris ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis uel
quia quisque magis debet se estimare imperfectum quam
quod statum attigerit perfectionis. **U**nde beatus Beda. **H**ec est
igitur in hominibus sola fide perfectio si omnia que
precepta sunt implentes imperfectos se esse no
uerint et quando diu peregrinantur a domino semper
sibi in esse mala que defleant semper meminerint
de esse bona ad que gratia ei? uiuante per
ficiant. **E**t iterum. **Q**ui sine me nichil potestis
facere non temporum longitudine laborum merita
pensare debetis sed amore et famulatu sponta
aneo nouis semper studiis augere pota. **H**ec
Beda. **E**t bene dicit quod debuimus facere fe
cimus. **U**nde beatus Beda. **R**euerentia debuimus? quia quod
non uenit ministrari sed ministrare debitores
sibi nos fecit ne nostris uidelicet operibus
confidentes sed de eius semper examine pauetel
am applica dicamus quid retribuemus? do mi
no pro omnibus que retribuit nobis. **N**ec Beda.
Attende hic bene quod seruus inutilis reputatur
qui hoc solum facit quod facere tenetur. **Q**uan
tumque etiam perfectionem attingas semper
fecias et dicas domine deus meus? ihesu christe nichil
valeo et male tibi seruo. **D**ebet? ergo nunquam a
bono opere cessare et tamen totum meritum nostrum in
sufficiens respectu mercedis eterne reputare.

9
Vnde p[er] q[ui] coronat te in misericordia et
misericordiis. Non ait i meritis et in op[er]i-
bus tuis quia cui? misericordia puenimus
vt humiliter deo seruamus eius munere co-
ronamur vt sublimiter cu illo regnemus Et
ideo cu omnia fecerimus reputemus nos pa-
rum aut nichil fecisse domino respectu mer-
cedis qua expectam? ab eo. Vnde dicebat
beatus fr[ater] n[oster] etia post multos et magnos
labores fr[ater] incipiamus seruire domino q[uo]-
d[um] vsq[ue] nunc paru[m] p[er]fecimus. Et si p[re]ceptis im-
pletis nos humiliare debemus quanto magis
cu de illis multa obmiserimus. Si em in
utilis est q[uod] omnia p[er]ficit q[uod] de illo dicendum
qui ea facere desperit Vnde Ambro. Non te-
iactes si bene seruisti. q[uia] facere debuisti Ob-
sequitur sol obtemperat luna. seruunt angeli
Vas gentium electus a domino. non sum i
quit dignus vocari apostolus q[uia] p[er]secutus su[m]
ecclesiam dei Deinde alibi nullius se osten-
dens consciu[m] culpe subiecit sed non in hoc
iustificatus su[m] Et nos ergo no[n] a nobis lau-
des exigamus. ne p[re]cipiamus iudiciu[m] dei et
pueniamus sententiam iudicis. sed sub tem-
pore suo iudicio reseruemus Hec Ambro. si.
Bonu[m] est itaq[ue] semper in timore stare. et ni-
hil de se presumere q[uia] q[ua]ntu[m]cu[m]q[ue] bene quis
seruierit. nescit t[ame]n si odio vel amore dignu[m]
sit Vnde Be[atus] Hieronimus In veritate didici nihil eque ef-
ficax esse ad gracia[m] promerendam retinendam
recupandam q[uam] si omni t[em]pore coram deo iue-
niaris non aliu[m] sapere s[ed] timere Beatus ho-
mo qui semper est pauidus Si adest gracia
time ne non digne operis ex ea Si subtrac-
ta est gracia. time q[uia] reliq[ue] te virtus tua et
custodia. Si reuersa est gracia time ne forte
contingat residuum pati et contingant tibi de-
teriora Hec Be[atus] Hieronimus Vnde et apostolus hortat
nos ne in vacuo in gracia[m] dei recipiam? Il-
le em gracia dei in vacuum recepit q[uod] se in bo-
nis op[er]ibus non exercet Vnde si volumus
q[uod] gracia dei in nobis non remaneat vacua.
necesse est vt eam bonis op[er]ibus et virtutibus
et exercitijs nutriamus et nos a vicijs cus-
todiamus Debemus etia in p[re]ceptis dei et
in omib[us] nostris attendere non solu[m] vt facia-
mus sed etiam vt ea secundu[m] voluntate[m] dei
dirigamus Vnde basilus ponit exemplum de
fabro faciente securu[m] vel quoddam aliud qui
semper meminit eius q[uod] iniit opus et reti-
net in corde suo cuius magnitudinis vel q[ua]-
litatis vel forme ille iniit fieri secu[m] et i
illud semper intendens q[uod] sibi meminit a d[omi]no
op[er]is iniit ad hoc dirigit manu[m] ministe-
rii vt forma op[er]is cu[m] eius qui iniit aio
et voluntate co[n]ueniat. Sic et nos omne co[n]a-

tum et omne studiū in actib[us] nostris habere
debemus vt secundum voluntatem dei qui
opus iniit nostru[m] dirigamus opus et tunc
poterimus implere illud apostoli siue mādū
tatis siue bibitis siue aliud quid facitis o[mn]ia
ad gloria[m] dei facite Et subdit dominus
ostendens quomodo p[er]uicias dyaboli sup-
etur et dicens Hoc genus demonioru[m] in spe-
ritu et carne simul secundu[m] causam radicatu[m]
q[ua]le supra dictum est i[n] nullo potestatis reme-
dio id est in nulla potestate sc[ilicet] ministrorum
potest exire ita q[uod] no[n] habeat potestate[m] in ho-
mine nisi in oratione que curat pestes spiri-
tus et ieiunio q[uod] curat pestes corporis que sc[ilicet]
oratio et ieiuniu[m] su[n]t effectus fidei feruentis
ac per caritatem formate et opantis. Vnde
videtur q[uod] ex crapula et ebrietate morbu[m] il-
lum inuadit Hoc etia poterat esse alia cau-
sa p[ro]pter quam discipuli non potueru[n]t eu[m] ei-
cere Demones em non sunt equales in vir-
tute naturali et ideo vnus alio difficilius po-
test expelli Ad expulsionem aut[em] istius req[ui]-
rebatur inerpelle[n]te subiectio carnis ad spi-
ritu[m] q[uod] fit p[er] ieiuniu[m] et eleuado spirit[us] in deu[m]
q[uod] fit p[er] oratione[m] talia aut[em] non erat adhuc in
apostolis q[uia] p[er] tempore illo no[n] compete[n]t
eis ieiunare p[ro]pter p[re]sencia[m] spon[sa] nec erat
adhuc in deum p[er]fecte eleuati q[uia] fuerunt ru-
des et imperfecti vsq[ue] quo post passionem recepe-
ru[n]t plenior[em] gracia[m] spiritus sancti Vel no[n] ei-
ciatur ministroru[m] potestate nisi in oratione in-
iuncta et ieiunio iniuncto et hoc obmiseru[n]t a-
postoli et sic fuit error clauis adhibite ad
demonem excludendu[m] sicut adhuc multi errant
eo q[uod] clauis secundu[m] debitum ordinem po-
testatis non videntur Q[uod] em minister v[er]sus
per sibi potestate[m] diuinam et absolutam. Hoc
dicit esse ihero. de sup[er]bio phariseo et de su-
p[er]bia luciferi. q[uod] sine merito sua sedem voluit
collocari in summo Scdm Crisostomum dicit genus
hoc no[n] t[ame]n lunaticorum s[ed] vniuersaliter o[mn]i
demonioru[m] non eiatur nisi p[er] oratione[m] et ie-
iuniu[m] q[uia] semper diabolus peccatorem inha-
bitat nisi p[er] penitenciam ad dominu[m] conuer-
tatur et quato magis differatur tanto diffici-
lius expellitur Vbi Iero. Du[m] autem docet a-
postolos quomodo nequissimus demon pos-
sit expelli omnes instituit ad v[er]ba Vt sc[ilicet] no-
uerimus grauiora queq[ue] vel immundoru[m] spiri-
tuu[m] vel hoim t[em]p[er]amenta ieiunijs et oraci-
onib[us] esse sup[er]anda ita q[uod] domini cu[m] in v[er]bi
onem nostroru[m] seculo fuerit actensa hoc re-
medio singulari posse placari Hec Iheroni-
Per ieiunium em vt dictu[m] est curantur pes-
tes corporis et p[er] oratione[m] pestes mentis et
sic quelibet temptatio superatur cum eis. Vel

per ieiunium intelligitur declinatio malorum
et per orationem operatio bonorum. Et sic accipit
hic ieiunium generale pro abstinencia non
solum ab esca sed ab omnibus temporalibus dele-
tationibus et vicijs. Unde dicit augustinus quod per
fectum et magnū ieiunium est non solum a ci-
bo sed ab omnibus iniquitatibus et illicitis vo-
luptatibus seculi abstinere. Unde beatus. Si so-
la gula peccat sola ieiunet et sufficit. Si ve-
ro peccauerint cetera membra cur non ieu-
net et ipsa. Ieiunet ergo oculus a curiosis
aspectibus et omni petulantia ut bene humili-
tus coherceat in penitencia quod male liber vaga-
batur in culpa. Ieiunet auris neque pruriens
a fabulis et rumoribus et quicquid ociosa sunt et
ad salutem minime pertinentia. Ieiunet ling-
ua a detractione et murmuratione ab inuti-
libus varijs et scurrilibus verbis. Interdum
quoque ob gravitatem silentij ab ipsis que vi-
deri poterant necessaria. Ieiunet manus ab
ociosis signis et operibus omnibus quecumque non
sunt impia. Sed multo magis anima ipsa ieu-
net a vicijs et propria voluntate sua. Et tunc sine
ieiunio hoc cetera a domino reprobantur sicut
scriptum est. Quia in diebus ieiunij vestri in-
venitur voluntas vestra. Non solum autem ab illicitis
sed ab ipsis quoque licitis oportet nos ie-
iunare si ea nobis quod prius commisit illicita
volumus condonari. Hec beatus. Et secundum Be-
dam sicut ieiunium generale est non solum
ab esca sed a cunctis illecebris abstinere can-
nalibus primis ab omnibus vicijs passio-
nibus sic et oratio generalis non solum
in verbis est quibus divinam clementiam
inuocamus verum etiam in omnibus quod in obsequi-
um conditoris fidei deuotione gerimus teste a-
postolo qui ait sine intermissione orate. Hec
beatus. Tunc quippe sine intermissione oramus
cum ea solum opera gerimus que nos pietati
commendant auctoris. Semper enim orat qui
semper bene facit et in bono perseverat.

Oratio

Domine ihesu criste qui nos humili-
tatem verbo et exemplo docuisti da
michi ut nunquam alta sed semper humili-
a de me corde sentia ore profertam et opere ostē-
dam. Eripe me et custodi a malignis spiritibus
et defende ab omnibus inimicis invisibili-
bus et visibilibus et presta michi o saluator
meus et deus meus ut ieiunijs et orationibus
conuenienter intentus cunctas immundorum
spirituum et pravorum spirituum et pravorum
hominum temptationes valeam te iuuante su-
perare et ab hostibus mentis et corporis me-
re te miserante liberari et semper saluus esse.
Amen

De tributo pro domino et petro soluto et de
questione discipulorum super maiestate eorum

Capitulum Quintum

Et quia ex hijs que dominus
egerat et dixerat in iherusalem
iudei querebant eum occidere
ideo ante pascha volebat iu-
deam ambulare: quia nondum
hora eius venerat et ut osten-
deret quod aliquando persecutionem fugere licitum
fidelibus suis esset. Unde Augustinus. Non
proderat potestate sed nostram consolabatur
fragilitatem. Futurum enim erat ut aliquis fi-
delis se absconderet et ideo precessit in capite
ne membro postea obiceretur per crimine. In
galilea igitur in terra ubi erat conceptus et
nutritus conuersabatur cum discipulis suis. Et
secundum Crisostomum ne discipuli dicerent qua de cau-
sa continue hic conuersamur rursus de passione
eis loquitur ut quasi assueti circa negotium
mortis cristi minus cum venerit scandalizarent.
Et cum morte sua etiam prodixit suam resurrectionem
ne in passione eius iaceret desperatio.
Unde dixit ad eos. Domine in coedibus vestris
sermone istos scilicet qui sequuntur de mea
passione et resurrectione quia eorum recorda-
tio et memoria utilis est valde. Filius enim
hominis traditus est sed a patre per caritatem mi-
seria a seipso per obedientiam voluntariam a dy-
abolo per suggestionem iniquam a iuda per cupi-
ditatem maximam a iudeis per inuidiam dolosam
a pilato per pusillanimitatem indebitam in ma-
nus hominum id est diversarum nationum quasi
humanitas sentientium sed iudeorum et genti-
um et diversorum statuum quia militum regum
principum sacerdotum religiosorum et populo-
rum et occidit eum magna iniquitas quod homi-
nes occidunt hominum saluatorem et ne hys
auditis tristitia obsorbentur subiungit et ter-
cia die resurget ut tristibus leta succedant.
Et contristati sunt vehementer quia eius so-
cietas ita erat eis dulcis et grata quod non est
mirum si contristati sunt passione eius audi-
ta ut enim ait iheronimus pro dilectione
magistri nichil de eo sinistram et humile pati-
untur audire. Contristati sunt non atten-
dentes ad id quod dixerat et tertia die resurget
et neque vox patris audita neque resurrectio pro-
nuntiata potuit eos cohibere a tristitia. Un-
de iheronimus. Semper prosperis admisce-
re tristitia ut cum repente venerint non terre-
ant apostolos sed a premeditatione ferantur
animis. Si enim contristat quod occidendus
est debet letificari quod die tertia dicat resuractu-
rus. Si tristitia semper accideret quis sustineret
si prospera quis non contempneret. Nec iheronimus.

At illi ignorabant verbum istud scz de eius passione erat relatu ante eos vt nō sentiret illud apte. quod secundum bedam non tam ingenij tarditate quoniam de pio saluatoris amore cōtingebat. quia carnales adhuc et rudes ac misterij crucis ignari spūalia nō capiētes quē verum deum cognoscebāt moritūrum credere nequeiebāt nec intelligebāt quomodo in vna psona mori et nō mori poterat. **Galilea** interpretat volubilis. et ideo p hoc qd dominus ibi p dicit passionē suā discipulis significauit qd memores esse debem? mortis christi ac etiā nostre qd diu sumus i voluntate presentis vite. Et cū venisset capharnaum accesserūt qd didragma accipiebant. exactores scz tributū ex pte celsaris augusti ad petrū qz scdm **Ihero.** pro signorū magnitudine non audebant aggredi dñm et dixerūt ei **Magister** vester non soluit didragma quasi dicerent dic ei vt soluat non facebāt mēcionem de apostolis qz nō accipiebant nisi a capitaneis. **Capharnaū** erat ciuitas principalis in galilea et ideo manebāt quia tributū colligebant ex parte romanorū quibz iudea erat subiecta et quilibz capitaneus dominus soluebat didragma id est duplex dragma et in soluendo dicebat **Ego** pfitcor me esse sub romano impatore. Et quia dominus nutritus erat in nazareth qd est opidū galilee subiaccens vrbī capharnaum ideo ibi ab eo exigit tributum. **Capharnaum** qd villa cōsolationis vel agee piguedinis interpretatur et ubi tributū a christo petūtur significat illum qd dat se delectationibz et solacijs huius mundi a quo dyabolus petit tributum peccati. Et notandū qd dragma dragme fēmi generis ē moneta habens ymaginē regis et ualebat de cē nūmos vsuales de qua in luca dicitur q mulier habens dragmas decem etc. Item est genus ponderis et sic accipit i medicina. Sed dragma dragmatis neutri generis est genus carnis vbi alij incipiūt et alij respondent et sic dicit bulcia cātica dragmatis. Itē est quarta pars stateris. Stater vero est idem qd cyclus qui habet viginti obulos didragma media pars et dragma quāta pars est et ideo vnus stater sufficiebat ad solutionem pro duobus qz taxatio celsus erat. Id dragma id est denarius qui pro capite soluebatur. Vnde vt sequitur stater de ore piscis afferri iubetur. Obulus vt dicitur valebat quantū vnus puus turrenensis quorū duo decim valent vnum torron grossū et sic quilibet capitaneus soluebat annuatim quasi de cē turrenenses paruos. Dominus autē hoc qd de petitione tributū petro dictū erat intelli-

gens misit eū ab mare vt hamum mitteret et piscem qd primus ascenderet id est quē caperet illum tollet et staterem valentem duo didragmata que dimidiā vnciam faciunt de ore eius sumens p domino et p se solueret. Ex quo diuinitas eius potuit cū futura cōtingencia certitudinaliter p dicit. **Vñ Ihe.** Quid p mūm mirer hic nescio an psciēciam stateris in ore piscis an magnitudinē virtutis sed ad verbum eius mor stater in ore piscis creatus est. Spiritualliter piscis est christus. mare mūdus. ham? mors. stater. ventus in ore p cūm redēptionis nostre p nūciatate christi. ore et sic solutū est tributū et nos liberati sumus. Moraliter penitenti dicitur vade ad mare id est i a maritudines peccati cōsideratione et mitte hamū in contritionis cōpūctione et apto ore in cōfessione. in ventum staterē da in satisfactione et sic liberatur peccator a tributo dyaboli exactoris. Soluit autē dominus tributū non ex debito qz secundum vtāqz naturam erat filius regis et per consequens liber a tributo qz regū filij in omni regno sunt liberi. h ex humilitate tñ hoc fecit subdēdo se minori et soluendo qd nō debebat et ne questores census scandalizaret docens per hoc nos esse humiles et vitare ne scandala per nos fiant. Voluit etiam et p petro dare tributū in signum qd petrus fuit caput aliorum qz census dabatur p capite seu capitaneo tñ. Didragma vt dictum est cōtinet duplex dragma et p vñū potest intelligi penalitas corporis scz fames sitis et huiusmodi per aliud autē penalitas mētis scz timor tristitia et huiusmodi. Hoc autem duplex dragma debet reddere quilibet impatori omni p peccato p mōrū pntum qd facit patienter tolerando penalitates p dicitas licet autem christus nō haberet peccatū tñ reddere voluit pro salute oīm et quia carnem assūpsit simile peccatrici sed non peccatū. Ipse quidē redemptor corp? et animā in precio posuit et sic bima dragma soluit eodem qz precio ecclesia libera facta fuit et per petrū ecclesie prefecit ideo etiam p eo censum soluit. Vbi **Ihero.** Et pulchre id ipsum datur premium qd diuisū est qz p petro quasi p eo peccatore premium reddebatur dominus autē noster peccatum non fecit. Ostēditur autem similitudo carnis dum eodem et dominus et seruus p cō liberatur. Dñs ergo tributa non debebat sed q carnis humilitatē assūpsit omnē iusticiā implere volebat. Ille ppter epimiam caritatis pro nobis crucem sustinuit et tributa reddidit nos autem infelices pro illius honore tributa nō reddimus et quasi filij regis a pccatgalibz imunes

sumus **Hec** **Iherosolymis**. Et nota qd dominus sup
non vitauit scandalum phariseoru quado de
eis disputabat. **Hic** aut vitat scandalum
eoru q tributū colligebat q illi sapientes isti
simplices erat. illi ex certa malicia isti ex ig
norancia offendeant. Scandalum ergo qd ori
nit ex malicia est accipnendu h qd ori ex ig
norancia est vitandu. salua tñ tripli verita
te scz iusticie vite et doctrine. q tale erat scan
 suam facultatem et tenetur ei dicere aue et sub-
 uenire sibi si indigerit. quod non petenti facere
 non tenetur nisi perfectus fuerit licet ergo non
 agatur hic nisi de dimissione penitentis tamen
 et penitenti et non penitenti tenetur quilibet
 tantorem odij dimittere. alioquin non ha-
 betur caritas et in articulo necessitatis neces-
 saria ecclesia ei ministrare. Perfecti vero qui
 omnia reliquerunt et penitentibus et non pe-
 nitentibus tenentur veniam dare. obuios in
 via salutare circa articulum necessitatis ne-
 cessaria ministrare et multa in hunc modum fa-
 cere ad que non tenentur imperfecti. Vtrum ve-
 ro illi cui facta est iniuria debeat amicitiam qui

tere. Sciendum quod duplex est debitum primum
 est necessitatis sine quo non est salus secundum est
 perfectionis. Quantum ad primum debitum
 non tenetur quis reconciliationem querere sed
 de secundo dicit crisostomus quod talis debet reconcilia-
 tionem querere ut duplicem coronam assequatur.
 vnam quia iniuriam passus est alteram quia
 prius rogauit. Unde iterum idem Crisostomus. Exco-
 gita quantum noxius es et non solum non mo-
 ram facies ad remissionem qui tibi iniustici-
 am fecerat sed et cures ad eos qui te contris-
 tauerunt ut fiat tibi remissionis occasio ut i-
 uenias curacionem priorum malorum. Nec
 cedem ineffabilem determinat deus ut pue-
 nias illum qui iniusta tibi fecit. Quod si roga-
 tus reconciliatus fueris non adhuc dei precep-
 to facta est amicitia. sed studio illius. Itaque
 sine corona abscedis illo brauium accipiente.
 Sed mala passus est. Sed nichil tantum quan-
 tum tibi ipsi operaberis. malum rememorans.
 Sed et non possibile est. vitium bonum. aliquid
 malum pati. Si autem dixeris quoniam inflam-
 ma us es contumelie memoras recordare si
 aliquod factum est tibi bonum ab eo qui te
 contristauit et quod tu alijs fecisti mala. Male
 tibi dixit et contumelias. reputa quoniam et tu alijs dix-
 isti. Qualiter igitur poteris veniam in quibus
 alijs non parcas. Sed nulli male dixisti et au-
 disti dicentes et acceptasti. neque hoc est minor
 ium. Nichil autem ita dilectionem conseruat
 ut non memisse eorum qui nos peccauerunt. Hec
 Crisostomus. Aduertendum autem tamen quod licet offe-
 sa sit semper remittenda non tamen iniuria. Si
 enim ex remissione iniurie et pene debite seque-
 retur penitentia in eo cui remittitur ad facilius peccatum.
 dum non esset bonum ei remittere. Similiter si
 ex tali remissione esset scandalum aliorum et
 obmissio iusticie. Et sic in casibus consimili-
 bus intellige. Dimittamus ergo debitori-
 bus nostris debita pena peccati si peniteant in
 nos peccasse dimittere vero quod quis in deum
 peccat non est nostri arbitrij. Sed ut dicit Ihe-
 ro. Nos e contrario in dei iniuria benigni su-
 mus in nostris contumelijs odia exercemus.

Oratio

Domine ihesu christe michi indigno pro-
 prius concede ut fratrem peccatorem ve-
 bis oportune corripiendo emendam et si
 non verbis saltem oracionibus et bonis exem-
 plis hoc facere non desistam. Da michi etiam
 ut in unitate ecclesie et caritate fraterna perma-
 nendo. merear in oracionibus exaudire et te
 per fauorem et auxilium in meo nostrum expro-
 prii qui habitationem tibi in pacificis collocasti.
 Insuper et hoc tribue michi ut quocumque
 qui peccauerit frater in me toties dimittam

ei ita qd nec timore interius nec timoris fig-
num exterius in me valeat aliquantulum capi-
ti Amen. De rege qui voluit ratione
ponere cum servis suis. **Ca^m IX**

Quod autem dimittendum sit
fratri peccanti et non tantum
septies sed septuagies septi-
es et qd hoc non debeat aliam
grauem aut difficili videri si
attendatur qd deus maiora
remittit in se peccanti ostendit dñs p exem-
plum qd magis sumus debitores dei et plus
offendimus eū qd homo posset offendere p
imū tanta em est offensa qd est ille qui of-
fenditur deus est aut infinitus et ideo offensa
in ipm commissa quādam habet infinitatem et ta-
men quotienscumq; offendimus totiens ipse p-
atus est remittere dum tamen volumus veraciter
penitere ergo si ipse qui est dñs et rex om-
nium dimittit seruo multo fortius et nos de-
bemus dimittere peccati in nos fratri et pro.
Et ideo p exemplo ponit parabolam de rege qd voluit
rationem ponere cum servis suis et in fine applicat
parabolam ad propositum dicens. Sic et pater
meus celestis faciet vobis. Similiter em deus
ponit rationem cum servis sed hominibus nam o-
mnium actus deus discutit diligenter et meri-
ta cuiusq; examinat et hoc p scripturas per
creaturas p confessores p illuminationem p
conscientiam volens rationem de factis hūanīs ex-
igere. Potest ergo parabola ad propositum ap-
tari et sic exponi. Simile est regnum celorum id
est status ecclesie militantis seu pntis se po-
ris qd regnum celorum dicitur tum quia legibus celi
subicitur tum qd de ea ab celum puenit homi-
ni regi id est ppo qd est verus homo et verus
deus rex regni et dominus dominandum qd vo-
luit rationem ponere cum servis suis sed homini-
bus qui est dñs qd ab ipso pntet examinatio
meritorum quorūlibet et singulorum. Et nota-
dum qd dñs ponit nos ad rationem de omnibus bo-
nis nobis commissis et bonis obmissis itaq;
de malis a nobis commissis et de malis nobis
dimissis. De primo est parabola de villico iniqui-
tatis et ista computatio multum timenda est mul-
ta em bona nobis commissis sunt et magni
valoris scilicet bona nature gracie et fortune de
quibus omnibus oportet reddere rationem qua-
liter eis vti sumus. Et si non habuerimus red-
dere rationem nisi de tempore multum esset
nobis timendum omne enim tempus homi-
ni impium requireretur ab eo qualiter fuerit
expensum et vna hora temporis potest homo
absolui a debito et regnum celorum lucrari.
De secundo est parabola de talentis et hec etiam com-
putatio multum est timenda cum dñs dicat ibide

inutilem seruum pendendum in tenebris ex-
teriores. De tercio computatio etiam multum
est timenda cum dominus positus sit ratio-
nem etiam de cogitationibus et verbis otio-
sis. De quarto est parabola presens et hec co-
putatio multum est timenda propter viciū
ingratiitudinis quod est valde periculosum. Et
cum incipit ponere rationem id est merita et
conscientias examinare in qua examinatio-
ne modo sumus sed postmodum dabit de no-
bis sententia secundum merita offertur ei v-
tius debens decem milia talenta id est obli-
gatus ad magnam penam propter multa pec-
cata. In debito istius denotatur grauitas et nu-
merositas peccatorum et accipitur determi-
natus numerus pro indeterminato. Unde au-
gustinus. Quia lex in decem preceptis con-
mendatur ille debebat decem milia talento-
rum per quod omnia peccata designantur qd
scilicet contra legem sunt. Cum autem non ha-
beret unde reddat id est cum non potest viribus
suis deo satisfacere pro peccatis. Homo enim
per se potest vivere sed non resurgere p se offem-
dere et peccare ac per hoc debitum contrahere
sed non per se satisfacere nisi gratia dei acce-
dente et si homo pro vno tantum peccato non
sufficit satisfacere multo minus pro decem
milibus peccatorum talentis iubet eum domi-
nus venundari in seruitutem pene quia secundum
remigium precium huius venditi supplicium
est dampnati et uxorem eius id est concupis-
centiam ex qua concipiuntur mali filij et fil-
ios eius id est mala opera in homine enim spi-
ritus est vir sensualitas mulier per quorum co-
mixtionem filij id est opera generantur. Pro-
terea ergo et filios venundari est p concupiscenti-
as interioribus et malis operibus exteriori-
bus penam soluere quod est precium eius
et omnia que habet scilicet temporalia quia to-
ta substantia sua p magnitudine delicti tradit
quandoq; eternis vel omnia que spiritus
habet sunt vires anime et corporis et etiam bo-
na exteriora que omnia in penam commutan-
tur ut pena dominetur ei quantum ad omnia in
quibus peccauit. Unde subditur et reddi. tunc
enim debitum peccati redditur cum p eo pene
precium exsoluitur. Prociens autem seruus
ille id est peccator p penitentiam et humilitate-
tem sui qui prius quasi collum contra deum e-
reperat omnem rogat cum dicens. Pacien-
ciam habe in me donando michi vite et penite-
cie spacium condonando delictum relaxando sup-
plicium et omnia reddam tibi opera meritoria faci-
edo et me emendando tua paciencia expectat tu
a gracia preuentus tua misericordia adiutus
Miserere autem dñs qd misericors et misericors

dominus patus ē miserari et pācere vte pē
nitentibz serui illius sic pādētis in contriciō
ne. sic dicētis in cōfessione. sic pmittētis de
satisfactione dimittit eū liberum a captiuita
te culpe et debitū dimittit ei relaxando reatū
pene eterne. dimittit totū qz plus dat q̄ ro
getur. Vnde cris. Vide misericordiā dei. Pe
dieat dilacionem et accepit omniū peccato
rum remissionē. Egressus autem de obligaci
one peccati seruus ille a debito quidē liber. s;
iniquitatis seruus et misericordie iuente ob
litus inuenit vñū de conseruis suis id est de
peccatoribz et homibz qui sūt serui dei cum
ipso omnes em conserui et vñi? domini serui
sumus et nos et angeli. qui debet ei centum
denarios id est parum offendit eū et in mo
dico tenetur respectiue. quia offēsa in homi
nem modica est respectu offense commissae in
deum. inuenit autē in animo p recordacionē
iniurie. et tenens suffocat eum. stringendo et
arctando quia crudeliter cogit eum reddere et
satisfacere Ille debito tenet qui offensū te
net in memoria qui iram et odium seruat in
cordē Suffocatis et stragulare vel stringere p
gulam et quia gutture loqmur. ille suffocat
proximū qui verba excusacionis non audit
In quo ostēditur austeritas in repetēdo vin
dictam a proximo Vñdē remig. conseruū suf
focare est in fratrem p vindictam exardescere
Tenens ergo suffocat eum. dicens redde
qd debes scz tormentum pro iniuria. pro vñ
bis verba Et prociens per penitenciam ro
gat eum dicens pacienciam habe in me vñ ē
parce michi et omnia reddam tibi Quasi di
cat patus sum scdm possibilitatē meā satisfā
cere et vt dicit remigius. emendabo iudiciū
vel consilio ecclesie qd deliqui Attende q̄ ea
dem verba protulit conseru? supplicans q̄bz
supplicando a domino remissionem meruerat
malus seruus Sed vt dicit cris. Nec verba
ingratus seruus reueritus nō est quibus sal
uatus est Ille autē non vult habere pacienci
am pstando dilacionem nec vult dimitte
re sine vindicta rancorem. ostendens crude
litatem in modo repetēdi vindictam. Vnde
Aug. non talem inuenit iste conseruū qualē
ille inuenerat dominū. Pechit ille dilacionē
et meruit remissionem iste q̄ misericordiam
petebat dilacionis sensit penam suffocaciōis
Sed abiit i via cayn a naturali pietate rece
dendo et a familiaritate et amicitia proximi
se alienando et mittit eum in carcerē crude
liter affligendo. donec reddat debitum plena
rie et ad nutū satisfaciendo hic carcer infer
nus potest intelligi. Tociens vñ peccantē
in nos proximū in carcere mittimus quod

ens eius culpe non indulgetur. quantum
em in nobis est dum non parā? carceri dāp
namus. Vidētes autem conserui eius scz ange
li eius qui scdm apocalipsum conserui sunt nō
stā. qui eiusdem domini sumus serui. q̄ sunt
scz crudeliter a seruo i conseruū suum omnia
em opa que agim? et supplicia q̄ patimur vi
dent et corā deo representāt. Tres em testes
habemus a quibz non abscondimur scz domini
angelos sanctos et demones. Vidētes inq̄
contristātur de ingritudine et culpa serui de
afflictione et pena conserui. angeli em contristā
tur ad culpam letātur ad penitēciam et ferūt
animas ad gloriā et narrant domino suo om
nia ad deū referendo cōquendo et auxiliū
imploando. vel isti conserui sunt ecclesiarum
ministri et quicqz fideles et iusti. qui vidētes
crudelitatem hominū erga proximos vel aliquē
fratrem remissionem peccatorū adeptum non
velle miserari conserui sui contristātur quia ad
eandem virtutē ptinet gaudere de bono et cō
tristari de malo et narrant domino quia i ora
tione pūit a domino talia iudicari ab decla
racionem iusticie nō ex liuore vindicte vel do
mino nariate ē dolores et contriciones cord
in suo affectu deo demonstrare. Vel cū veniunt
ad dominū id est ad p̄latum qui vicē dei ge
rit in terris denunciant ei mala facta ab finē
correctionis. Tunc vocat eū dominus per sen
tenciam mortis et de hoc seculo migrare iubet
vt de omnibz racionē reddet Vñdē remigius
Nec vocat fit modo itus in cōsciencia sed fit
ēxterius in iudicio. Et ait illi. Serue neq̄
quia nō equus s; iniquus recipiēdo misericor
diam et reddēdo in misericordiā seu iniuriam
omne debitū dimisi tibi id est magnā offē
sam in me commissam. In hoc scdm cris. pa
tet magnū esse peccatum magnitudinis nā
p̄mo quando debitor erat decem milia talen
torum non eū nequam appellauit non sibi
sultauit sed vbi incurrit viciū tante mag
nitudinis animo irato ait ei serue neq̄ quia
peior est effectus q̄ p̄mo Nam scdm grē
sicut boni contumelias efficiuntur meliores
sic semper reprobi de beneficio efficiuntur pio
res Rōne ergo oportuit et te miserari conser
ui tui remittendo parua sicut et ego tui mi
serus sum remittendo maiora. nulla quippe
interueniente satisfactione sed ob hoc solū
quia rogasti me. rogasti dilacionem s; me
iusti remissionem. Oportuisset quidem vt
tali puocatus beneficio totū etiam debitū re
laxares rogātis sed tu etiam qd minus est
facere noluisti quia dilacionem concedere re
cusasti Vbi Cris. si graue videtur dampnū
afficere debuit lucrum si graue videt p̄ceptū

cogita premium si graue sit remittere ei qui
contristauit grauius est in idē in gehennā
Secūm remissionem. **S**ecūus iste nullum re-
sponsum legitur de disce domino in quo de-
monstratur qd in die iudicii et statim post
hanc vitam cessabit omnis peccati excusatio.
Et iustus dominus non per affectum sed
similitudinem effectus hominis iusti id est
ad modum iusti se habens penam inferendo
tradet eum tortoribus id est demonibus et
ministris tataris qui in hoc sunt diuine ius-
ticie executores. quia tortores patimur in
pena quos passi sumus iustiores i culpa quo
ad usq; reddat per penam vniuersum debitū
commissum per culpam et hoc erit eternali-
ter et in perpetuum. Quousq; enim ponitur
pro infinito sicut donec ponitur ibi non cog-
nouit eam donec peperit et est sensus semper
soluet et nunq; persoluet neq; reddet aliquā
sed semper penam luet nunq; enim reddere
poterit quia eternaliter dampnatus erit. **N**ā
in inferno semper est reddidit absq; acqui-
sitione cum pena semper remaneat sine fine
quia ibi non est locus redemptionis vel satis-
factionis sed condemnationis et pūitionis.
Quā autem hanc totam similitudinē ad hoc
attulerit ipse dominus eam modo qd dictum
est ad propositum adaptando exponit di-
cens. **S**ic et pater meus celestis faciet vobis
vniuersum debitum a vobis exigendo et vo-
s tortoribus cruciandos tradendo. **S**ecūm
crisostomum. **N**on dicit pater vester s; pater
meus non enim dignum est hominis talis
vocari patrem deum qui ita perniciosus est et
odiosus est. **U**bi iheronimus. **F**ormidolosa
sententia si pua fratri non dimittim; mag-
na nobis a deo non dimittentur. **E**t quia
vnusquisq; potest dicere ore nichil habeo con-
tra eum habet deum iudicem qui filiationē
fictę pacis aufert dicens si nō remiseritis v-
n; q; fr; suo non solū ore s; etiā de cordi-
bus vris non ficta pace s; vera et integra dilec-
tione. **Q**uia non sufficit labijs dimittere mihi
om; et corda conueniant. **Q**uidam em̄ dimitte-
re nolunt oīo qd et maliciam seruant in cor-
de et vindictam dum possunt exercēt in ope.
Alij et si remittūt quantū ad vindictam ser-
uant tamē conceptum odiū quantū ad mali-
ciam. **S**ed q; q; sibi a dño remitti de fideat
optet vt vtroq; mō fratri remittat vt nec o-
pere exerceat vindictam nec corde reseruet
maliciam. **Q**uia scdm gr̄g. **S**i hoc qd in nos
delinquē ex corde non dimittim; illud rur-
sus a nobis exigetur qd nobis iam p penā
ciam dimissum fuisse gaudebamus. **U**bi ergo
non fuerit caritatis psequēcia nulla est suffi-

ciens penitēcia. **U**nde a peccatis soluto dicit
Vade et amplius noli peccare. **S**eculares q; q;
leges ppter ingratitudines quosdam reuo-
cant manuissos ad priorem seruitutē. **S**ed
ex hīs videtur qd peccata dimissa redeāt p-
pter iteratam peccati ppetrationē. **A**d hoc di-
citur communiter qd redeunt per aggrauationē
peccati sequentis non qd peccatum sequens
sit eque graue sicut omnia peccata sed qd
grauius est ex cōparacione peccati pcedēti. **U**n-
de expigitur qd dimissum fuerat non in se sed qm̄
tum ad ingratitudinem dimissionis et ideo
dicuntur omnia redeire quia ingratitudo est
respectu dimissionis que omnium fuit. et ita
quodammodo respectum habet ad omnia di-
missa. **N**on ergo redeunt quantum ad ma-
culam et reatum sed quantum ad ingratitudi-
nem. **Q**ui enim post acceptam remissionem
ad peccatum redit magis delinquit. qd ingra-
tus tanto beneficio exultat. et ita ingratitudo
peccatum redituacionis aggrauat. **Q**uidam
vero dicunt qd peccata redeunt in quatuor ca-
sibus scilicet ppter odiū fraternum ppter
apostasiam a fide. ppter contemptum confes-
sionis et ppter dolorem de penitencia habi-
ta. **U**nde sunt versus. **F**ratres odit vbi apostata
fit. spernit q; fratri. **P**enituisse piget pū-
tina culpa redit. **F**aciliter ergo et merito in-
te peccanti dimittes si quantum tibi dimitti
de fideas vraciter attēdas. **Q**uia scdm cris-
tū si septuagies septies dimiseris et si omnia
simpliciter peccata concesseris cōtinue pro-
prio quantum gutta aque ad pelagus infini-
tum. tanto magis. multo plus deficit tuus a
mōre ad infinitam bonitatem dei cuius in ne-
cessitate constitutus es cū iudicaberis et no-
as tribueris. **E**t ideo bene peccata i deum de-
cem milibus talentis et peccata in proximi
centum denarijs comperauit. quia etiam ea-
dem peccata multa grauiora commissa sunt i
deum qd in proximum. **D**ocemur ergo hoc
loco vt sicut dominus nob; dimittit maiora
peccata sic nos dimittamus conseruis nr̄is
minora in nos commissa aliquā a nob; eriget
debita vniuersa. **U**nde Augustinus. **O**mnis
homo debitor est dei et debitorem habet fra-
trem suum. **I**deo de; iustus constituit tibi re-
gulam in debitore tuo. quam faciet et ipse
tūm suo. **U**nde et Crisostomus. **H**ec igitur o-
nia intelligentes et hec decem milia excogita-
tes saltem hinc festinemus ad dimittendū
proximis parua et vilia. **A**udiamus immo
seruantes et crudeles quoniam non alijs su-
mus crudeles sed nobismetipsis. **C**um me-
morari malor; vis excogita qm̄ tibi ipi malo-
rū remedijs non alij qm̄ tua legas pēta nō

proprium. Duo itaq; hinc querit et cognosce
re auersum peccata nostra et alijs dimitte
re. et illud propter hoc ut facilius hoc fiat. q
em sua intelligit. facilius ignoscit conseruo
et non simpliciter ab ore dimittere sed et a
corde. Ne igitur dicas. qm conuictus est et
detrahit. et decem milia opatus est michi ma
la. Quanto enim dixeris tanto magis mon
tras eum benefactorem. dedit em occasione
abluendi peccata tua. Quare quanto maiora
iniusta tibi fecit tanto maiora peccatoru di
missionis causa tibi consistit. Si em volueri
mus. nullus iniusta nobis facere poterit sed
et inimici maxime proderint nobis. Vide
ergo quanto lucraris. inasuece inimicoru fe
rens impudencias. primum quidem et maximu
peccatoru remissionem. secundum pacenciam
et perseueranciam. tertium mansuetudine et
amorem hominum. quartu ab ira continus
esse libere et a tristitia que hinc est. Cu hijs
et vnetabilis eris et ipsi inimici et si demo
nes fuerint magis autem neq; habebis ia mi
nimum ita dispositus. Qd autem est maius
et primum dei amicitiam. et si peccaueris vni
a potueris. Et iteru non memoriam maloru
habeamus in eos qui ledunt na nobis psut
maxime. nisi nos ipsos vindicauerimus. si a
puit ille. gracios egisti tu pro iniusticia et
glorificasti deum. infinitas fructificasti mer
cedes. Si autem oraueris pro eo. deo factus
es similis. Vides qualiter maxime lucmur
ab alioru persecutione. Nichil ita deum leti
ficat. ut non reddere malum pro malo. Im
mo reddere contraria multum est nobis. be
neficia oraciones. No est qd. difficilius qua
memoria malorum. Hec igitur scientes hu
militemur et debitoribus nostris etiam graci
as agamus. sunt em nobis si philopha
volumus maxime non solum indulgentie.
verumetiam mercedis occasio. Pauca liqui
dem damus. plurima recepturi. Quid igitur
expetis cum violencia. cu deceret et si ille vel
let dare. ei concedere. ut a deo totum accipias.
Nuc autem omnia facis et litigas. ut nichil
tibi dimittatur tuorum. Quotumq; ergo
debitorum habes et pauperum et laborum o
nes dimittes liberos domini ex parte. remus
nemotorem. Cuncta igitur et pecunias et peccata
debitoribus nostris donemus. ut nobis re
tributio optata proueniat. Qd q; neglexi
per alia ex plere virtute hoc de obliuione ad
misse in nos malicie adipiscetes. eteris poi
amur bonis. Hec Crisostomus. Attende et hic senecam
qui dicit. Si magnanimis fueris nunq; iu
diabis tibi contumeliam fieri. De inimico di
ces. Non nocent michi sed animu nocendi ha

buit et animu in potestate tua iudicis vin
dictam putabis vindicare potuisse. Sicut e
nim honestum et magnu vindicte esse gen
ignoscere. Et iteru iniuriarum remediū est
obliuio. Hec Seneca. Et nota hic qd. secundu
numeru gradus apostoli duodenum sunt duo
decim modi remissionum. Primus est bap
tismus. Unde in euangelio. Nisi renatus fue
rit et. Secundus est caritas. Unde etiam in e
uangelio. remittuntur ei peccata multa et ce
tera. Tercius est elemosina et caritatis opera.
Unde propheta sicut aqua extinguit ignem. et
Quartus est fletus et lacrimae dicere domi
no quia fleuit in conspectu meo. non induca
mala in diebus suis. Quintus est confessio
et penitencia. Unde psal. Dixi confitebor et
Sextus est afflictio corporis. Unde apostolus
traditum huiusmodi hominem in interitu car
nis ut spiritus salus sit. Septimus est emen
dacio morum vel abrenunciatio viciorum.
Unde in euangelio ecce sanus factus es ia
amplius noli peccare. Octauus est intercessi
o sanctoru. Unde iacobus. infirmatur aliqs
in ducat presbiteros et. Nonus est misericor
die et fidei meritum. Unde in euangelio. bea
ti misericordes qm et. Decimus est conuer
sio et salus proximoru. Unde iacobus q con
uersti fecerit peccatorem et. Undecimus. est
mutua remissio et indulgentia. Unde in eu
gelio. Dimittite et dimittimini et in hoc lo
co presenti. Duodecimus est passio martiri
pro fide ecclesie. Unde latroni et patienti di
citur a domino. Amen dico tibi. hodie mecu
eris in paradiso. Ex hoc loco et pluribus alijs
euangelij locis salubria habemus remedia
contra malum desperationis. Et ideo non
desperet aliquis cum multos habeamus por
tus salutis. Si enim despasti propter peccati
magnitudinem habes petru qui negauit fide
qd est maximu peccatu et tamen deus respexit
eum. Si despasti propter peccati multitudinem
habes maria magdalenam que septem ha
bebat demonia id est vniuersa peccata et tu
de ea dictum est dimissa sunt ei peccata mul
ta. Si despasti propter peccati turpitudinem ha
bes mulierem in adulterio deprehensam. cu
dictum est vade apud noli peccare. Si des
pasti propter peccati infamiam habes matheu
publice in theoloneo sedentem et tamen do
minus dixit ei sequere me. Si peccasti propter
peccati diuinitatem habes latronem qui perseuera
uit in malo vsq; ad mortem et tamen dictu
est ei a domino. hodie mecu eris in paradiso.
Si despasti propter peccati crudelitatem ha
bes paulum apostolum lapidantem stehanum
de quo dictu est vas electiois michi est iste

Si de peccasti. pp. te re ib. uac. nem seu pecca-
ti itationem et magnitudinem habes hic auc-
toritate expressam de dimittendo fieri septu-
agis septies. **Un** beatus. **O**mnino pp. te m-
suetudine q. in te predicatur auimus post te
dne ihesu audientes q. non spernas pauperem
peccatorem non horreas. **N**on horuisti con-
fitemem latronem non lacrimantem peccat-
cem. non ebriam supplicentem non dep-
bentem in adulterio non sedentem in theolo-
neo non supplicentem publicanum no nega-
tem discipulum non peccatorem discipulo-
non ipsos crucifixos tuos. **T**am valiosus
deniq. es ad iustificandum qm multus ad ig-
nosendum. **C**urrit sponsa currit adolescen-
tule. h. que amat ardentius currit velocius et
peruenit citius. **U**nde et cris. **L**iberi q. nos a
bitrii creauit deus ut voluntate nostra cum
adiutorio dei qd volumus faciamus. **S**i pu-
blicanus es potes fieri euangelista si blasphe-
mus es potes fieri apostolus si latro es potes
paradyfi colonus effici si magus es potes de-
um adorare. **N**ec est vlla malicia que penite-
cia non soluat. **E**t ideo tamq. predpua ma-
lignitatum elegit cristus ut nemo vsq. in fi-
nem semetipsum despiciat. **N**oli michi dice-
re perij noli michi dicere peccauit. **E**t quidem
medicum habes satis fortiozem te et poten-
torem qm infirmitas tua e. **M**edicum habes
voluntatem tuam si volueris emendantem et
potentem et cupientem. **C**um em non subsi-
stentes fecit te et q. puerus es effectus mul-
to magis emendare te poterit. **S**ed foris ta-
dices. **Q**uomodo poterit peccator similis esse
sanctis. **N**oli tequirere qua arte. noli scruta-
ri rationem. sed crede clemencie et benignita-
ti diuine. **S**ed dicis grandia sunt peccata me-
a et immensa scelera mea. **E**t quis est sine pec-
cato. **S**ed ego inquis pessime. et super omne
hominem. **S**ufficit tibi ad placandum deu
peccare de inere et benefacere. **D**ic tu prior
inquit iniquitates tuas ut iustificeris. **R**e-
cognoce quia peccasti et si agnoueris inciu
correctionis factum est tibi. **S**uspia meus
esto. effunde lacrimas. **N**ec enim aliud qd
effudit meretrix illa sed lacrimis penitenti-
am sociavit et ipsa comite peruenit ad fonte
Hec **C**risostomus. **U**nde et gregorius. **A**b
spei ergo certitudine nulla nos maloru nos-
trorum qualitas. nulla quantitas frangat.
Iocundo enim omnipotens deus electos suos
in quibusdam lapsibus cadere permittit ut
alijs in culpa iacentibus si toto ab eum cor-
de cōsurgant spem venie reddat et eis per la-
menta penitencie viam pietatis aperiat. **Q**u-
ia multos a suis iniquitatibus iam sanatos

aspiciamus quib. aliud q. sup. me misericordie
pignus teneamus. **E**t iterum. **Q**uid itaq. in
hac re demus. aspicere nisi immensam misericor-
dioris nostri qui nobis velut in ligno ad ex-
emplum penitencie posuit eos quos per peni-
tenciam viuere post lapsu fecit. **E**t enim nichil
illi hys aliud video nisi ante oculos nostros
posita spei et penitencie exempla. **O**mnip-
otens deus qui ubiq. oculis quos imitari de-
beamus abiit ubiq. exempla sue misericor-
die opponit. **U**nde et **A**ugustinus. **Q**uemq. ne-
cessitas cogit peccare ad impenitentia nec cri-
minis q. tunc nec temporis breuitas nec vite e-
normitas nec hore eximitas excludit a venia
si perfecta fuerit voluntatis mutatio sed in am-
plissimos sinus. mater caritatis filios prodigos
suscipit reuertentes. **E**t iterum. **P**ater tradidit
filium suum q. redimeret seruos misit spiritum
sanctum quo seruos adoptaret in filios. filium
dedit in precium redemptionis spiritum sanctum in
priuilegium adoptionis. se totum seruat hereditas
te adoptatis. **N**emo ergo de dei pietate diffi-
dat. q. maior est di. misericordia q. nostra miseria et q. q.
quis ad eum toto corde clauerit exaudiet illum
q. misericors est. **T**arbi. siquid ei videtur
peccati veniam dare. q. ipsi peccati accipe. **S**ic em
festinat rem absolueret a tormento conscientie sue
q. plus cruciet eum opassio miseri q. ipm mise-
rum opassio sui. **U**nde etia. **C**ris. **C**rede michi
talit est erga hominem pietas dei q. nūq. per-
nit penitencia. si ei sincere et simpliciter offer-
tas. etiam si ad summum q. venerit maloru et
inde velit reuertit ad veritatis viam. **S**uscipit li-
benter et amplectitur et facit omnia quatinus
ad priorem reuocet statum. **U**nde sup. illo vi-
bo cayn maior est iniquitas mea q. ut veniam
merear dicat. **A**ug. **M**eritis inquit cayn me-
ritis. maior est dei pietas q. omnis iniquitas.
Ecce expresse apparet q. desperauit. et ideo au-
gustinus q. ipse plus turbauit deu in desp-
tione q. in fratricidio. sicut iudas in desp-
tione q. in pditione. **U**nde **B**ern. **O** res con-
fusa. o res monstruosa peccator despicias de dei
misericordia. cum cuncta peccata originalia
mortalia venialia ab origine mundi commis-
sa diuine misericordie comparata sunt quasi
vna gutta ad pelagus totius maris. **E**t bre-
uiter dicendo. **S**ecundum **A**ugustinum et
Gregorium. **S**i vnus homo omnium homi-
nu peccata perpetrasset et velut cayn et iudas de-
spicisset. preterea deus illi veniam denegare ius-
tasset si miser ille contrit. veniam rogasset de-
us periturus illi veniam no denegasset. **E**t tes-
tante augustino. et iheronimo peccata preter-
ita non nocent si non placent. **M**ultum etia
spem de bonis in merito cristi sine quo non

possemus saluari. In merito enim cristi iudici
cata sunt omnia merita nostra siue satisfactoria
pene siue meritoria vite eterne quia nec ab
offensa creatoris sumus digni absolui nec in
meritis premij qd deus e digni sumus asse
qui nisi p meritū hominis dei. Et p̄cipue in
merito passionis cristi e sperandum quia hec
est miseris speciale solaciū. Vnde ber. Passio
tua domine vltimū refugiū singulare remedi
um deficiente sapiēcia nō suffragante iusticia
non sufficiente sanctitate. succubentibus meri
tis illa succurrit. Nō solū autē a desperatōe
sed etiā a bona spe est cauendum quia vtro
biq; magnum ē periculum. Vnde Aug. Ex
vtroq; homines piclātur et sperādo et despe
rando. Quid igitur agit deus cū piclātibus
vtrōq; morbo. Illis qui se piclātur hoc di
cit. Ne tardes cōueri ad dominū neq; disse
as de die in diem. Subito em̄ veniet ira illi
et in tēpore vindicte disperdet te. Illis qui
desperatōne piclātur qd dicit in quāq;
die iniquus cōuersus fuerit oēs iniquitates
eius obliuiscat. Propter illos ergo q̄ despe
ratōne piclātur appositū indulgentie portū
ppter illos qui spe piclātur et dilacōibus
illudūtur. fecit diem mortis incertū. Quan
do veniet vltimus dies. nescis. Ingratus es
quia hodieznum habes i quo corrigaris. Et
crastinū expectas forte non addet. Et itez
Ne desperando augeam? peccatū datus ē no
bis penitentie portus. rursus ne sperādo auge
amus datus est nobis dies mortis incertus.
Et itez latro agnouit. petrus negauit. in pe
tro demonstratū quēq; iustum non de se debe
re p̄sumere in latrone nō impium cōuersū
desperare debere. Timeat ergo bonus ne pere
at p̄ superbiam et mal⁹ ne desperet p̄ multā
maliciā. Nec Aug. Vnde et grego. Habete
fratres mei fiduciā de misericordia cōditoris
nostri et ad misericordē iudicem. dū adhuc
expectat cū lacrimis venite. Considerantes
nāq; qd iustus sit peccata vestra nolite negli
gere. considerantes vero qd pius sit nolite de
sperare. Et itez. Sic autem nos misericordi
a eius refoueat vt nullo modo negligentes
reddat. sic peccata purbent vt mēs in despe
ratōne non priuat. Quia et si p̄sumentes me
tuimus. et metuentes speramus eternū reg
num cicius adepturi sum⁹. Vnde etiam cris.
Ne audeamus quī stamus sed dicamus no
bis ipsis. Qui estiat se stare videat ne cadat
neq; desperemus si cecidim⁹ sed dicamus no
bis. Nunq̄d qui cadit non resurget. Etenim
multi in ipsum celli verticē ascenderunt et a
scena et scruilitate ad āgelicam trāslati sūt
debilitatē tantam ostenderunt virtutem vt

de nonnes abegerint. et multa signa operati
fuerint. Et horū quādam plene sunt scriptu
re et plena vita exemplis nobis. Et iterum.
Nullus eorū qui i malicia sunt diffidat. ne
in om virtutibus existens dormitet neq; b
confidat. multociens enim meritis p̄transi
bit neq; ille despet possibile enim est ei et p̄
mos p̄transire. Hec Cris.

Oratio
E michi misero quia cū ad peccatā
que feci inspicio et supplicia intelligo
que pro hīs pati debeo nō parū ti
morem habeo. Quid ergo remanebo qua si
despat⁹. sine consilio. sine adiutorio. At te
fontem pietatis et misericordie ihesu criste
curro et festino in quo iam tot et tantas pec
catores ablutos video et agnosco. tuam q;
ineffabile misericordiā exoro. vt michi sic
concedas in presentī mecum et cum ministris
tuis cōputationem facere. ac conseruīs meis
peccata sua dimittere et mea emendare. vt i
futuro quando p̄sonaliter rationē ponere vo
lueris cum seruīs tuis. dimittas michi que
tibi debeo et propnis. Amen

**De causa dimittendi vtrō et de paruu
lis domino oblati** Capitulum

Dicit hec venit dominus ihe
sus de galilea in fines iudee
trans iordanē. Omnis q̄ppe
provincia iudeorum genera
liter dicebatur iudea. ad di
tinctionē aliarū gentium. re
tūptamem meridiana eius plaga in qua ha
bitabant tribus iuda et tribus beniamin
specialiter dicebat iudea ad distinctionē a
liarum regionum. que in ipsa continebā
tur provincia sc; samaria galilea. decapolis
et relique alie sūt in ea. Narrantur ergo ea
que in hac provincia sc; iudea fecit et docuit
ac passus est dominus. et primo que trans
iordanē nō ad orientem. vbi habitabāt duz
tribus sc; manasse. deinde que circa iorda
nem quando venit ihericho et bethaniam et
iherusalem. Et secute sūt eum de galilea tur
be multe. Ex quo patet deuotio populi ad e
um quia multe sequebantur causa sue predi
cationis audiende aliqui causa curacionis im
petrande. Vbi Cris. Et secute sunt eam turbe
multe quasi testimonia salutaris doctrine
eius. quasi oues pastorem i manu ipsius ge
mit et nutrire. perducebat eum paruuli filij
patrem eius pegerē proficiscentem ipse au
tem tamq̄ pater p̄ficiscens. bona pignora ci
uitatis filijs reliquit pro exilijs remedia sa
nitati. Nec Cris. Vnde sequitur et curauit e
os ibi sc; in iudea et non ante in galilea vt
gētes in eam misericordiam seu p̄miam qua

iudee parabatur admitteret et in signum quod
ex iudea gentibus salus esset. Secundum origenem
nauit dominus turbas trans iordanem ubi bap-
tismus dabatur quia omnes a spiritualibus inhe-
ritatibus in baptismo saluantur. Et sic patet
quod euangelista in uno verbo multa miracula
sanitatum includit. quia propter multitudinem mi-
raculorum non poterant omnia in particulari descri-
bi. Deinde subditur narratio de triplici re-
ligiosorum perfectione scilicet continencie obediencie
et paupertatis. et primo de continencia cum dicitur. Et
accesserunt ad eum scilicet iherosolimitani pharisei qui in populo
iudeorum pre alijs videbantur religiosi ceptan-
tes eum scilicet capere in verbis. Notanda est me-
tuum distancia in turbis et phariseis hec conue-
niunt ut doceantur et sui inheerim sanentur.
Illi accedunt ut saluatores et doctores veritatis
ceptando capiant et decipiant. has deuotio
pietatis illos stimulus adduxit liuoris. Et
dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam
cumque ex causa id est ex leui causa. Hanc autem
questionem proponunt christo ad capiendum eum. quia
responsio ab utraque parte caluminiabilis
videbatur. Quia si diceret uxorem pro libito
voluntatis dimittendam et aliam ducendam
pudencie predictor et assertor videretur. la-
pate frena carnali concupiscencie et sibi ipsi co-
traire. Si autem diceret quod non videretur con-
tra moysen dicere quod libellum promittit repudij. Sed
ipse sic responsione temptat ut decipulam eorum
transcat et respondit sola fornicationis causa
uxorem esse dimittendam libellum vero repu-
dij ob diuiciam et maliciam cordis eorum a moy-
se fuisse permissum id est nulla lege puniuntur.
Permisit autem hoc non fuit bonum et licitum
sed propter maius malum vitandum quia ma-
luit permittere diuercium quam ob odium uxoris vel
desiderium secundarum nuptiarum fieri homicidi-
um. Ista autem permissio non absoluebat eos a
peccato sed tantum a pena legali quia non fuit im-
perium dei sed hominis dissilacio in tollemam
dominus malum ne maius fieret. Deus enim
non est sibi contrarius ut aliud ante iussit
et aliud nunc imperat. Moyses quidem nec
precipiendo nec concedendo nec indulgendo hoc
mandauit sed dispensando sustinendo et per-
mittendo consilio spiritus sancti ne peiora fierent
hoc tolerauit. Sic apostoli permiserunt secundas
nuptias propter incontinentiam hominum et ma-
las eorum voluntates. Iuxta enim primariam
institutionem non fuit nisi una vincula sed
propter incontinentiam hominum transeunt
modo ad secundas nuptias. Unde cum de duobus
malis minus toleratur. huius permissio dicitur
dispensacio quia si diuersorum pensacio quan-
do duo mala equibant ut videretur quod

eorum peius sit et ponderat. Est autem tri-
plex permissio. scilicet confessionis ut cum ab-
bas concedit monacho propter infirmitatem
vel carnibus illicitis quidem propter votum
sed nunc licitis propter confessionem abbatis
et causam necessariam. Indulgentie. ut per-
missio secundarum nuptiarum. Vnde apostolus
Vxor viro defuncto nubat qui vult in domi-
no hoc autem secundum indulgentiam dico. Quod si cul-
pa est venialis est. Sustinentie ut permissio
libelli repudij quod sustinuit moyses non deus
quia deus hoc crimen punit temporaliter vel e-
ternaliter quod moyses non puniuit temporaliter.
Est etiam permissio sustinentie quando deus
permittit nos peccare qui non concedit illud fi-
eri nec dispensat sed sustinet id est per pacien-
ciam expectat. Solam ergo fornicationem
ponit dominus causam discipuli iubens ceteras
molestias pro fide coniugij et castitate susti-
neri. Et intellige discipulum quantum ad co-
habitationem et debiti reddicionem non ta-
men quantum ad vinculum matrimonij quod
non soluitur nisi per mortem et ergo nec vir
nec mulier potest contrahere altero viuente.
Vnde habemus. Una ergo solummodo carna-
lis est causa id est fornicacio una spiritualis
hoc est timor dei ut vxor dimittatur. nulla
autem causa est ut viuente ea que relicta est
alia ducatur. Spiritualiter per uxorem que
non dimittitur nisi propter fornicationem in-
telligitur anima cuius vir est christus qui nunquam
animam nisi propter fornicationem peccati di-
mittit per quam christus a nobis recedit. Mo-
raliter qui dimittit uxorem suam spirituale
scilicet ecclesiam et ducit scilicet pinguiorem
mechatur non enim querit spirituales fruc-
tus sed temporale lucrum. Proposito ergo
quod est necessitatis in virtute continencie co-
sequenter ponitur illud superogacionis et co-
tinentia ab omni actu venereo discipuli enim
hoc audientes quod vinculum matrimonij est
indissolubile et moti ex verbis eius dixerunt
ei. Si ita est causa homini cum uxore quod non
possit eam nisi modo predicto dimittere non
expedit nubere. Ac si dicant. Melius est sim-
pliciter continere propter omnes et graues pondus
vporum et multa incommoda que possunt i-
de venire. Vnde crisostomus. leuius est contra
concupiscendam preliari et contra seipsum
quam contra mulierem malam. Vnde et ihero-
nimus. Graue pondus vxoris est si excepta causa fornicacionis
non licet eam dimittere. Quid ei si temuleta fuit
si iracunda si gulosa si vaga si morboza si iurga-
trix si maledica timenda erit huiusmodi
et erit volumus nolu? sustinenda. Cum enim libelli
dilem? voluntarie nos seruati subiciemus.

Et dixit dominus respondendo discipulis.
Non omnes capiunt verbum istud continen-
 tie sed ut impleant et se contineant. quia non
 omnes capere volunt. nec omnes acceptum ha-
 bent audiet enim luxuriosus et displicet ei sed
 quibus datum est a deo ex speciali munere
 quia status altus est. ad quem non valemus
 nisi ex gratia ascendere. Unde dicit. Sapiens quia
 nemo potest esse continens. nisi deus det. Ac
 si dicat. Non casu vel fortuna virgines sunt
 sed qui a deo petunt et laborant ut accipiant.
 Unde Iheronimus. Nemo putet sub hoc verbo vel
 factum vel fortunam introduci quia hi sunt virgines
 quibus a deo datum sit. aut quos quidem ad
 hoc casus adduxerit. sed hiis datum est qui
 petierunt qui voluerunt qui ut acciperent las-
 trauerunt. **O**mnem enim petenti dabitur. et qui
 tenens inueniet. et pulsanti aperietur. **U**n-
 de et Christus. non dixit non omnes possunt sed non omnes capi-
 unt id est capere possunt non capere volunt. Si
 enim quidam in pugna cadunt. nos cadenti-
 um negligencie imputare debemus non diffi-
 cultati virtutis. **Q**uod autem dicit quibus datum est
 non hoc significat. quoniam quibusdam datur. quibus-
 dam non datur. sed illud ostendit quia
 nisi auxilium gratie acceperimus nichil ex no-
 bis valemus. Quoniam autem volentibus
 gratia non negatur in euangelio dominus di-
 cit petite et dabitur vobis. querite et inuenie-
 tis. pulsate et aperietur vobis. **D**ebet autem vo-
 luntas precedere. et sic sequitur gratia. Nam
 et gratia sine voluntate nichil operatur. nec vo-
 luntas sine gratia. Nam et terra non germi-
 nat nisi pluuiam susceperit nec pluuia fruc-
 tificat sine terra. **H**ec Christus. Et ne omnem conti-
 nentiam putarent laudabilem et meritori-
 am consequenter distinguit eam triplicem.
Prima est contracta siue a natura. siue a ca-
 su. siue violentia. tertia a voluntate et gratia.
Sunt enim eunuchi id est continentes. et e-
 grecum vocabulum secundum phidorum qui sic
 nati sunt sine instrumentis. siue frigide na-
 ture qui proprie dicuntur castrati quasi caste na-
 ti. **E**t sunt eunuchi qui facti sunt ab homini-
 bus quibus secantur genitalia. qui proprie di-
 cuntur spadones a spada genere ferri qui eu-
 nuchisantur. **E**t iste duo non sunt laudabiles
 et nec meritorie nec demeritorie. quia neces-
 sitate sunt non voluntate nisi in quantum per
 voluntatem acceptant. **S**ecundum Iheronimum inter
 hos secundos computantur et hi qui specie reli-
 gionis simulant castitatem sed propter appetentes
 vanam gloriam ab hominibus ex
 quoque suo opere. **E**t sunt eunuchi id est
 continentes qui se ipsos castrauerunt non per
 membrorum abscissionem sed per concupiscen-

tie repellitionem. et se castitatem seu caste vi-
 uere voluntarie deuouerunt propter regnum
 celorum qui proprie dicuntur eunuchi. id
 est bene vincetes. ab eo quod est bonum et nuch-
 os quod est victoria quasi boni victores et
 hi merentur et ratione voluntatis quia spontanea
 et ratione actionis. quia bona et ratione inter-
 comis quia recta ista enim tria perficiunt meritum.
Nec ergo tertia continentia que est per volunta-
 tem reprimendam concupiscenciam ab actu ve-
 nero victoriosa dicitur et laudabilis et sola
 est meritoria. **U**nde et Christus. Illa est gloriosa co-
 ninentia non quam transgredi non potest necessi-
 tas debilitatis corporis sed quam complectitur
 voluntas sancti propositi. **E**t iterum. Cum autem
 dicit qui se castrauerunt non membrorum dicit
 abscissionem sed malorum cogitationum intercep-
 tionem. **E**tem concupiscencia habet fortes pro-
 pter appositum incontinenti et menti negligente.
Et si ipsa sobria fuerit naturalium motuum
 nullum est noxamentum. **N**ec ita abscissio
 membri committit temptationes et tranquillita-
 tem facit ut cogitationis frenum. **S**ed quia fa-
 lis stat? altus est nec possunt omnes ad hoc
 attingere. sed solum perfecti. ideo infert domi-
 nus hortando milites suos dicens. Qui potest
 capere et implere capiat cum adiutorio dei ut
 sit castus. vel intelligat que dico. vel qui potest
 pugnare contra carnem pugnat ac superet et tri-
 umphet. **E**t est vox hortantis ad continentie
 brauium non iubentis. **Q**uasi diceret unusquisque
 consideret an virginis et pudicie pre-
 cepta implere queat. **T**antum bonum non est ne-
 cessitatis sed supererogationis. nec est hoc pre-
 ceptum sed consilium cuiuslibet offertur nemini
 imponitur qui potest continere contineat. **H**abito itaque
 de perfectione continentie siue castitatis omni-
 miter agitur de perfectione obediencie siue hu-
 militatis et hoc commendatione paruulorum
 per quos designantur humiles et obediens
 qui a sicut paruulorum propria voluntate sed alte-
 rius duantur ita humiles et obediens alte-
 rius voluntate et imperio mouentur. **U**nde
 dicit Beda. quia hec lectio humilitatis ma-
 gisterio plena micat. que videlicet innocen-
 tes ac simplices ad dominum gratiam per-
 tingere posse demonstrat. **D**um ergo dominus
 ihesus de castitate differeret tunc oblatis sunt
 ei paruuli ex deuotione offerentium. ut manus
 eis imponeret et oraret id est ut manu et vo-
 ce benediceret. **C**onsuetudo enim fuit apud ro-
 menses ut paruulos benedicentes offerrent se-
 moribus et ipso manu oculum habuit ab antiquis
 patribus qui volentes benedicere paruulis im-
 ponebant eis manus. **V**identes igitur iudei ipsum ma-
 ioribus senem vitam sanctam doctrina sapientissimum.

et de castitate loquentem et habentes eum si-
cut prophetam obulerunt ei infantes. ut eis
manus imponens et orans benediceret ma-
nu per tactum et voce per orationem. In quo ha-
tue intelligi quod pueris sufficit per fidem alio-
tū ad christum afferri. Discipuli vero labori
magistri compacientes et propter eius dignita-
tem prohibebant et increpabant offerentes.
non quod nollent infantibus a saluatore et ma-
nu et voce benedici sed quia timebant eum
post tam longos sermones importunitate of-
ferendi grauari et offendi. christus autem et si
fatigabatur corpore non tamen animo quod ei
placebat et pualuit ac vidit fortis eius af-
fectus quod hominum salutem cupiebat ut nullus
a consecratione sue salutis prohiberetur. Sic
fatigatus ex itinere non curans famem aut ci-
bos ad conuersionem samaritanorum quorum
salutem famefcebat se conuertit. **Obi orige-
nes** Hec ergo debemus attendere ne estimacione
sapiente excellendioris et profectus spiritu
aliorum contempnamus quasi magni pusilli-
los ecclesie prohibentes pueros venire ad ihe-
sum. **Hoc origenes.** Paruuli etiam possunt
dici pauperes et generis infimi per discipu-
los autem impediētes ne christo offerantur
possunt accipi ecclesie rectores vel religiosi.
qui propter paupertatem vel generis infimi-
tatem repellunt tales a promociōe vel recep-
tione quous sint apti et digni. propter quod im-
pedientes arguuntur ore christi. **Unde dominus**
indigne ferens dixit discipulis. **Simite pui-
los venire ad me.** apud quem non est psonarū
acceptio et nolite eos prohibere cōminacioni-
bus terrore vel malis exemplis corrupendo
quia isti sunt figura et forma vere humilitū
et familiaritatem ego volo et consocium.
In quo debet prelati exemplum corrigendi
ostentari suos pauperum accessum prohibe-
ntes. **Unde Crisostomus.** Nolite vetare pueros.
Nam si sancti futuri sunt quid vetatis filios
ad patrem venire. Si autem peccatores futuri
sunt ut quid sententiam condemnationis
proferatis antequam culpam videatis. Nam qui
les modo sunt meū est. quales autem postea futuri
sunt ipsoz est. Quod ego meū ē honorate quod autem
illoz est miseramini. Et subiūgit. **Taliū ē ei reg-
nū celorum** nō dicit istorum. sed talium ut non
tam etatem quam humilitatem et innocentiam
commendet. Non omnium sed talium id est
similium et illorum qui similem habent hu-
militatem et innocentiam per studium et la-
borem et qui tales sunt per mores et virtute
quales sunt puuli per naturam et etatem pu-
erorum enim anima ab omnibus malis est
pura et magistra innocentie et humilitatis.

et nullus potest intrare in regnum celorum si
nisi fuerit imitator et humilis. qui nichil
inquinatum intrabit in illud. **Vnde secundum**
Iheronimum. Non ait istorum sed talium. ut ostenderet
non etatem regnare sed mores. et hijs qui simile
haberēt innocentiam et simplicitate primum re-
mittere de quibus apostolus. nolite pueri fieri sen-
sibus sed malicia puuli estote sensu autem
perfecti. **Vnde et Ambrosius.** Non etas profectus e-
tati alioquin obesset et adolescere. Cur ergo pue-
ros aptos dicit esse regno celorum. Fortasse
quia maliciā nesciant. fraudare non nouerūt
referre nō audeant. scrutari ignorent. opes
honore. ambitionē non appetant. Sed nō ig-
norare ista virtus est sed contempnere. Non e-
nim virtus est. nō posse peccare sed nolle. Non
igitur puericia sed emula puerilis simplicitatis
bonitas designat. **Unde etiam Crisostomus.** Et nos ita
quod si volumus fieri heredes celorum. virtutem
hanc cum multa possideamus diligēcia. Etiam
ab omnibus malis pura est pueri anima. et eorum
qui contristauerūt non memorantur. sed sicut
ad amicos accedit sicut nullo facto. et quantum
cumque a matre flagellatus fuerit hanc inqui-
rit et pro omnibus eam appiatur. et si regi-
nam ostenderit cum dyademate non imponit
hanc matri cilicio superindute. et necessarijs
nichil plus inquit nō tristatur in quibus nos
puta dampno peccatorum et talibus. non le-
tatur in quibus nos in temperantibus hijs. non
respicit ad pulcritudines corporum propter hoc
dixit. **Horum enim est regnum celorum.** ut
electione hec optemur que a natura pueri ha-
bent. **Hec Crisostomus.** Sunt autem decem appetitus
bone in pueris quas qui imitatur. regnum ce-
lorum consequitur. que sunt. innocentia. mun-
dicia. obedientia. simplicitas. humilitas. veri-
tas. malorum illatorum immemoratio fortu-
torum nulla reputatio. et presentium valde pa-
uorum ab sufficiendam acceptio. Deinde p-
uulos sibi oblato dominus dulciter suscepit
et complexans eos. et in vlnis detinens. in fi-
gnum quod simplices et humiles puros et de-
uotos diligit et manus eis imponens. ut vi-
dis continentibus gratiam sui auxilij confere-
dam significaret benedixit illos aliqua vocali
benedictione que scripta non ē. ut humiles su-
a benedictione dignos ostenderet. Sic spiritualiter
cotidie humilibus manus imponit cum eis gratiam
et auxiliū tribuit quod humiles spiritu digni sunt
eius gratia et benedictione deus enim supbis
resistit humilibus autem qui se manibus et
præti ei subiciunt dat gratiam. In quo humi-
liū dignitas ostenditur qui tanta bona meren-
tur. **Vnde dicit Iheronimus.** quod humilitas sola obser-
uatric est custosque pueri et nichil est quod ita

deo gratum faciat et hominibus quantum si
vite merito magni sed humilitate infirmi vi
deamur Et bene humiles puulis et innocen
tibus compauit quia humilitas maculas peccato
rum lauat et innocentiam reddere consue
uit Vnde **Ber.** Decor anime humilitas est
Non a me ipso hoc dico cum propheta prior dixe
rit asperges me ysaie et mundabor humilis
herba et pectoris purgatio humilitatem sig
nificans Hanc si post grauem lapsu rex propheta
lauari confidit et sic murem quendam in
nocencie reparare candorem Et sciendum quod
cristi manus imponendo puulis instituit et
iniciuit sacramentum confirmationis cuius
ministerium postea contulit apostolis Vnde
puuli in fontibus crismate consignantur ab
episcopis qui in ecclesia dei locum obtinent
apostolorum per impositionem enim manuum
apostolorum conferebat spiritus sanctus ad
roborem et confirmationem fidelium cuius im
positionis manu locum obtinet predictum sa
cramentum Considera nunc quantum cristi
simplicitatem et humilitatem ac innocentiam
puulorum diligit quibus tanta familiarita
tis et beniuolentie signa ostendit et studeas
pro posse puulos imitari et virtutes eorum ha
bere ut valeas cum ipsis regnum celorum possi
dere

Oratio

Domine ihesu criste qui nos ad con
fessionem es hortatus da quod hortaris et
tribue michi fragili castitate mentis
et corporis et qui puulos venire ad te voluisti
et eis manus imponens benedixisti presta
michi misero ut sim puulus in oculis meis
quatinus gratiam inueniam in oculis tue ma
iestatis et quod puuli possident per naturam ego
consequar misericorditer per gratiam tuam
ut meritis omnium puulorum et humilium tibi
placendum ego vltimus omnium ratione te du
ce merear ad te peruenire et a te benedictione
in celestibus muneri Amen **De**
perfectione paupertatis **Ca^m** **XI**

Habito de perfectione castita
tis et obediencie seu humili
tatis consequenter agit de per
fectione paupertatis Et ecce
enim vnus adolescens genu
flexo ante ipsum interrogauit eum
dicens Magister propter doctrinam sanam bone
propter vitam sanctam quid boni faciendo vitam
eternam possidebo secundum beatus audierit is
te a domino tamen similes paruulis dignos es
se regno dei et ideo certior esse desiderans de
ingressu regni non per pabolas sed aperit
postulat sibi exponi quibus meritis vel opibus
vitam eternam possit consequi Ihesus autem

respondit ei primo quantum ad eius cogitacio
nem quia iste cogitabat ihesum esse putum
hominem licet crederet eum esse sanctum bonum
doctorem et ideo quasi respondens eius cogita
cioni dixit ei Quid me dicis bonum quasi dice
ret Ex quo me credis putum hominem non de
bes me vocare bonum Nemo enim bonus nisi
solus et vnus deus Hoc est dictum deus est
solus bonus essentialiter per se et a se ipso et
nullus alius quia alij participatiue per ipsum
et ab ipso Vnde **Cris.** Hoc autem dicens non
excludit homines a bonitate sed a copacio
ne bonitatis diuine Quasi diceret dominus
Quare me dicis bonum cum non credas me es
se deum Si vero confiteris bonum credas etiam
esse deum solus enim deus natura est bonus De
inde consequenter respondet eius interrogati
oni dicens Si autem vis ad vitam ingredi see
ua mandata quasi diceret hoc sufficit ad sa
lutem quod amplius est non est necessitatis
sed superogacionis quia secundum Iheroni
iusticia legis custodita non solum bonum terre
et vitam conferebat eternam suo tempore conse
quentiam Et quia adolescens hec audierat
solicite factus interrogauit que essent hec
mandata quorum obseruancia est necessari
a hoc autem secundum crisostomum non temptans fe
cit sed estimans alia quedam precepta esse
preter legalia que vite ei causa fierent Ihesus
autem quasi infirmo condescendens legis pre
cepta elementissime exposuit dicens Non
homicidium facies manu occidendo ore iuben
do vel consulendo vel etiam detrahendo quia
per detractionem occiditur proximus in consciencia
aliena in qua vivebat per bonam fama
nem corde morte alterius desiderando vel obui
um retinendo aut beneficium subtrahendo et per
hoc preceptum decalogi prohibetur noceant
proximi in persona sibi coniuncta Non fuerit
facies per hoc prohibetur noceant proximi
in te possessa Non falsum testimonium dices
per hoc prohibetur noceant proximi in fama
Honora patrem tuum et matrem eis subue
niendo et reuerentiam exhibendo et per hoc
preceptum affirmatiuum intelligitur omne be
neficium proximo reddendum quia nomine
patris et matris intelligitur omnis proprius
Et hoc est quod subditur Et diliges proximum
tuum sicut te ipsum id est ad id quod diligis te
ipsum scilicet ad gratiam et gloriam vel sicut te
ipsum id est non verbo tantum sed opere et veri
tate Proximus autem noster est omnis qui
nobiscum conuenit in natura quem debemus
sicut nos ipsos diligere Quam sententiam do
minus inducit ut ostendat quod finis precepto
rum est caritas quia obseruancia mandatorum

non est meritoria vite eterne nisi fiat ex cari-
tate. Inter hec precepta ordinantia in primum
non tanguntur precepta de non concupiscendo
rem proximi vel eius uxorem quia reducuntur
ad precepta de non adulterari et non furari
et sub illis potest intelligi vel quia, intelligi-
tur in hoc quod dicitur diliges proximum tuum. qui
em vere proximum diligit nec rem eius nec
uxorem concupiscit. Enumerat autem hic non
omnia mandata sed solummodo precepta se-
cunde tabule que ordinant hominem ad pro-
ximum in quibus implicat et supponit precep-
ta prime tabule ordinantia hominem ad deum.
quia homo magis tenetur deo quam proximo et
ideo observantia mandatorum secunde tabule
est necessaria ad eandem. Unde bene dicit
apostolus quod qui diligit proximum legem im-
plevit quia in dilectione proximi intelligitur
dilectio dei ut finis propter quem proximus
diligitur quia proximus diligitur propter deum
et non econverso. Per predicta etiam ostendit
saluator quod observantia preceptorum ce-
rimonialium et iudicialium non erat ampli-
us necessaria ad salutem sed sufficiunt decem
decalogi precepta. Quorum primum est non
adorabis deos alienos id est verum deum coe-
les et super eum nichil amabis. Multi enim
hodie sunt qui sibi deos alienos faciunt. Nam
sicut dicit augustinus hoc ab homine colitur quod pro-
prietis diligitur. Superbus igitur pro deo
habet superbiam luxuriosus luxuriam avarus
avaritiam. Secundum non assumes invanum no-
men dei tui id est non blasphemabis nec iu-
rabis indebite in nomine sui. Talis iniuria
facit deo quem in testimonium sue falsitatis
invocat quasi deus mendacium diligit et si
bi qui in iudicio dei puniendum se obligat
si non est ita sicut iurat et proximo quia pre-
falsam iuramentum ipsum decipit et defraus-
dat. Tercium diem sabbati sanctifices ut in
eo mortaliter non pecces et mala vites. Con-
tra istud preceptum peccat qui causa cupidita-
tis in sabbato opus servile facit. vel aliquis
peccatum dimittit quia a bonis operibus non est
vacandum. Quartum honora parentes tuos
scilicet obediendo obsequendo subveniundo et anima-
bus eorum miserendo. In hoc etiam precipi-
tur honore patrum spiritualium scilicet prelatorum.
Quintum non occides opere verbo negligenti-
gentia cogitatione auxilio consensu malo ex-
emplo vel aliqua occasione. Homicidium est
am aliquando fit corde per odium aliquando
ore per verbum detractorium aliquando ope-
re per factum et istud ultimum est triplex. qui
dum occidit corpus tantum quodammodo animam
et scilicet ea tenentur ab peccatis quodammodo peritumque

quando scilicet aliquis interficit seipsum vel alium
in peccato mortali existentem. Septimum non mech-
aberis operando cogitando loquendo vel in iu-
risdictione tua fornicatione sustinendo. Per
hoc autem quod dicitur non mechaberis prohibetur
omnis carnalis appetitus et corruptio preter
eam que est matrimonij. Septimum non furaberis
aliena non quomodolibet tibi attrahendo vel
se aliena invito domino utendo. Per furtum
intelligitur omne malum ablatum siue occul-
te faciendo in acceptis siue fraudem exercen-
do in mercationibus siue mercedem non sol-
vendo operariis. Octavum non dices falsum tes-
timonium contra proximum tuum. omne me-
dium dolum detractionem adulationem et
calumpniam et doctrinam erroneam deverten-
do. Nonum non desideres domum vel agrum
vel aliam rem proximi tui tali videlicet men-
te quod velles tibi cum suo dampno adoptare.
Decimum non concupisces uxorem servum
ancillam proximi tui corde consensiendo ore
solidando opere concupiscentiam perficiendo.
Hec qui perfecerit salvari poterit. Cum autem
ille adolescens hec omnia a iuventute sua se-
servasse responderet quod tamen in multis reli-
giosis viris aliquis hodie reperiret. ihesus intu-
tus eum dilexit eum propter bonam conversa-
tionem suam preteritam et ostendit sibi vul-
tum amabilem et instruens eum de perfec-
tione dixit illi. Vnum tibi deest quo ad
statum perfectionis scilicet bonum paupertatis.
Quia et si mandatorum observantia sufficit
ad salutem non tamen ad evangelicam per-
fectionem sed ad hanc etiam requiritur ob-
servantia consiliorum in qua primum est ab-
renunciatio temporalium et ideo de hac tantum
hic habet mentionem. Vbi origenes. Non tamen
intelligendum est quod in ipso tempore quo bo-
na sua tradiderit pauperibus fiat omnino per-
fectus sed illa ex die incipiat speculatio dei ad-
ducens eum ad omnes virtutes. Et subdit
dominus dicens. Si vis quia hoc est in tua
libertate perfectus esse id est ad statum perfec-
tionis ascendere super omnem statum salutis ne-
cessarium quia hoc est de perfectione vite pa-
de per affectum contempnendo temporalia et
et vende per effectum ea relinquendo. et hoc
omnia non partem tantum ut ananias et sa-
phira quod est contra proprietarios que habes et
iuste possides quod est contra raptores et usura-
rios elemosinas de alieno facientes illa enim ha-
bemus que iuste possidemus. Illa ergo que iuste
possidentur vendenda sunt que vero iniuste retine-
nda sunt illis quorum fuerunt et da non vende quicquid
minus a manu vel a lingua vel ab obsequio
pauperibus non divitis a quibus filia accipies

nec amicis carnalibus nisi fuerint indigen-
tes nec hisionibus et male utentibus quod
est contra symoniacos et ambiciosos qui dant
alijs ut acquirant beneficia et dignitates et
hoc fac propter deum non propter ostentationem
quia abicere temporalia propter ostentationem non
est meritorium et sic dando habebis thesau-
rum id est quendam beatitudinis in celo lo-
cum tutissimum. Hoc autem non dicitur quia
paupertas sit maior virtus quam continentia
vel obedientia sed dicitur per quendam cor-
respondentiam quasi thesaurus celestis sic
respondet voluntarie paupertati sicut ex altario
humiliacioni. Unde **Crisostomus**. Bene autem non
vite fecit eterne mencionem sed thesauri di-
cens et habebis thesaurum in celis quia enim
de presentibus erat sermo et de abrenunciacione
omnium ostendit quod reddit plura hijs que pro-
cepit relinquere quod maius est celum quam ter-
ra in thesauro enim copiam retribucionis oste-
ndit Et vni relictis omnibus et sequere me me
imitando et sicut ego ambulo ambulando
quia in sequela cristi per opera caritatis con-
sistit perfectio principaliter et complete in pau-
pate autem voluntaria consistit inchoative pro-
modum remouentis prohibentis et disponen-
tis quia per hoc aufertur cura temporalium que
a dilectione dei impedit animum. Unde glosa.
Relinque uere omnia est via ad perfectionem et
in sequendo consistit perfectio Magna certe
gloria est sequi dominum et ideo valde est appe-
tendum. Ad perfectionem ergo non sufficit
homini relinquere sua nisi dominum sequatur id
est nisi relictis malis faciat bona. Unde **Theo-
dorus**. Cum paupertate enim et ceteras virtutes homi-
nem habere oportet ob hoc ait et vni sequere
me id est in ceteris esto meus discipulus
et iugiter me sequaris. Unde et **Iheronimus**. Facili-
us saeculus contemnitur quam voluntas Multi di-
uicias relinquentes dominum non sequuntur. Se-
quitur autem dominum qui imitator eius est et
per vestigia illius graditur. **Vbi et habant**
Ecce duas vias hominibus propositas audiui-
mus actiuam ad quam pertinet non occidere
et legis mandata et contemplatiua ad quam per-
tinet si vis perfectus esse et. Actiuam ad legem
pertinet contemplatiua ad euangelium quia
habet vetus nouum precessit testam etiam ita bo-
na actio precedit contemplationem. Actiuus
enim conuenit obseruacio preceptorum que in le-
ge traduntur contemplatis obseruacio consilio-
rum que in euangelio dantur. Et notandum quod mul-
tiplex est perfectio scilicet sufficientie quam omnes
habent existentes in caritate ordinis cuius proprium
est seruare continentiam religionis et hu-
ius proprium est renunciare omnibus prelaconis

ad quos pertinet possidere animam pro omnibus suis
is securitatis cuius proprium est habere mortem in
desiderio et vitam in paciencia. Ad primam per-
fectionem teneatur quilibet ad ultimam vero
nullus tenetur ad tres medias tenetur aliquis
ex causis. Unum ergo signum perfectionis posui-
t cum omnia relinquere consulit ut nudum cristum
nubus sequatur. Unde secundum theodoricum dicens omnia
summam paupertatem suadet si quid enim testite-
rit illius seruus est. Et secundum Ambrosium talem
voluit adulescentem illum dominus ad paradysum
redire qualis ad adam fuerat de paradiso sublimitate
deiectus. Nudus enimicola adam paradisi
fuit. Quamuis ergo cum possessione diuiciarum
possit quis ad vitam ingredi seruando manda-
ta tamen ad perfectam sequamur custodi ut perfecto
amore et integro affectu tendat in deum de-
esse sibi unum scilicet quod reliquat diuicias affectu
ut sit pauper spiritu que paupertas includit hu-
militatem sine qua non est paupertas vera quia
vanum est habere bursam vacuam et cor plenum
supbia. Includit etiam contemptum diuicia-
rum affectu quia difficile est valde quod habes
diuicias ne amore carum a detineas aut dista-
has et impediatur a perfecto amore dei ne
cristum libere et expedito sequatur. Nam qui di-
uicijs implicatur mittit pedes in rethe ne possit
coram deo perfectus ambulare et libere cristum se-
qui quia diuicie viscosiores sunt visco et vix
euellitur animus occupatur ab eis et detentus.
Nimiam ergo dilectio terrenarum possessionum
est huius perfectionis impedimentum. Quod be-
ne patuit in hoc iuvene qui cum audisset ver-
ba domini de perfectione paupertatis volunta-
rie abiit tristis seculi tristitia morte opan-
te impeditus a perfectione quam querebat ter-
renarum possessionum a morte ob quod non
poterat ad perfectionem voluntarie pauper-
tatis ascendere. Unde causa tristitie redditur
cum subdit. Erat enim multas habens possessio-
nes spinas producentes et tribulos seminem do-
minicam suffocantes et ipse nichilominus ha-
bitus a possessionibus et diues valde diuicijs
fallacibus ob quorum inordinatum amorem trista-
batur de persuasionem abrenunciacionis earum
tristabile enim est amata abicere. Ad temporalia
enim passibiliter afficiuntur cum cor in priuacione e-
orundem aliquantulum contristatur. Nam plerumque
cum temporalia assunt nobis putamus quod ea
non diligamus sed cum abesse ceperit inuenimus
quod sumus. Hoc enim sine amore nostro adeat
quod sine dolore discedit. Iste iuuenis cum au-
dierit quod quicumque haberet venderet et daret
pauperibus abiit merces quia et diuicias seculi
et vitam eternam habere volebat quod diffi-
cile erat ut fieret quoniam possessionem diuiciarum

Abſq; ſugbia elationis . et abſq; appetitu
voluptatis vix ſtare q̄s potest ſicut etiā diffi-
cile eſt q̄ homo in caumine viciis aliamul
mōtis ſtaret et tēpore validi venti quassa-
tus nō caderet **Vt** vero dicit aug. **Hic** a doles-
cens laudabilis quidem eſt q̄ non occidit .
non adulteratus eſt **Uti** peccabilis aut q̄ cō-
tristatus eſt in vbiis xpi vocatus eum ad per-
fectionem **Adoleſcēs** q̄ppe erat ſcōm animā
et p̄terea relinquit xpm abijt **Hec** Aug.
Sed tale rete fructu iactat an oculos pēna
torū ſe; cōtēplāci im p̄fōz q̄ tanto minus
cōtristatur q̄ deſūt tēpalia q̄nto magis ap-
p̄tū eterna **Nam** vt ait greg. tanto q̄sq;
minus dolet q̄ deſūt eterna q̄nto magis gau-
det q̄ aſſunt tēpalia . et qui minus dolet
q̄ deſūt tēpalia ceteris exspectat vt aſſit
eterna **Et** ideo ſcōm gen. dū bonū eſt ſacul-
tates cum diſp̄ſatione paupibus erogare
h̄ melius eſt p̄ intentione ſe quib; i xpm oīa
et totū ſi; donare et abſolutū a ſolitudine cū
xpo egere **De** em̄ dicit cris. **Non** filiū detine-
tur q̄ pauca habent et q̄ multis habūdant
qm̄ adiectio diuiciarū maior accendit flā-
mam et violentiā ſit cupido **Nō** ſolū autē
diuiciarū poſſeſſio ſed etiā reū alia; diuer-
ſitas hominē a dei cōtemplatione et p̄fecto
amore impedit et auertit **Vñ** aug. **Tēpaliū**
rerū multiformitas ab vinitate dei hominē
p̄ carnales ſenſ; diuēbeat et mutabili varie-
tate eius affectum multiplicat . **Quem** ergo
delectat libertas ab amore mutabiliū liber
eſſe appetat et quem regnare delectat vni o-
mnium regnatori deo ſubditus hereat . **Et** ite-
rum **Duo** ſūt amores mūdi et dei . **Si** mūdi
amor habitat nō eſt quo intrat amor dei
Cū exhauſeris cor tuum ab amore terreno
hauries amorem diuinū **Vnde** et greg. **Cū**
tupiditate terrene ſc̄e deus non diligit quia
terrenus amor oculū mētis ſordidās excreat
ne diuina claritas videatur **Nec** mirū **Quo**
em̄ diligere poſſet quē nescit **Aut** quomodo
ſcit ad quem nesciendū oculum cordis clau-
dit **Vnde** etiam cris. **Fumo** ſimiles ſunt hu-
mane res . **Nichil** ita cōtristat anime oculū
lum et turbat vt vix huius auitum turba
et concupiſcētiarum multitudo hec enim ſu-
mi huius ſunt ligna **Vnde** et anſelmus . **Si**
vis eſſe quietus nil ſeculi appetas . **Semper**
requiem mentis habebis . ſi a te mundi curas
abieceris . **Qui** curis terrenis ſe implicat a
dei amore ſe ſeparat **Et** vt in paucis multa in-
telligas attende pauca verba auguſtini .
ſic dicentis . **Nichil** plus noui eſſe . qm̄ iſta
ſenſibilia fugiēda **Cū** cōcordat dyoniſ. q̄
ſic dicit daniel q̄ ſenſus et omnia ſenſibilia

Qui habet aures audiendi . hec pauca verba
predicta audiat et corde intelligat quia multa
in eis latent que vanis et diſſolutis non
apparent . **Vnde** cuiſdam de ſermonis habundā-
tia ſollicito dictum eſt in ſpiritu . **Si** vis ſci-
te omnia predicanda tunc ſepara te ab exte-
rioribus purifica te a tēporalibus liberum fac
te a carnalibus et erige te ad celeſtia et ma-
niſteſtabuntur tibi diuina . ecce in hijs verbis
totum eſt inſeſum quod eſt predicatū imago
em̄ tua imago dei eſt deponere ergo ab ea om-
ne quod ſibi accidens eſt et apparebit tibi in
ea quod diuinum eſt . **Vt** autem vtiliter ad
tēporalia et eterna p̄fecte te habeas ſcito q̄
tēporalia debes aſpicere ſub ſenſu q̄duplici .
Primo ſcilicet vt tamq̄ peregrinus et abue-
na ſencias omnia vt extranea et aliēa . ita q̄
tua veſtis ſit tuo ſenſui extranea . ac ſi eſſet alic?
de grecia vel india . **Secundo** vt i tuo vſu omnem
habūdantiā timeas vt venenū et mare ſub
metgēs . **Tercio** vt in tuo ſenſu om̄; inopiā
egetatē ſencias vt menſam et aſā et ſcalam
vite eterne . et vt ſpeculū ſeu imaginē crucis
xpi . **Quarto** vt diuidas et apparat; diuitum
iſta ſencias tibi diſformes q̄ i eorū memoria
vel aſpectu nullatē valeas delectari vel leta-
ri q̄ ſi videris te i eis congaudere a cristi glo-
riola paupertate te eſtima alienū fore . **Huius**
autem cōnectis q̄ in pauperū et deſectorum
memoria vel aſpectu tamq̄ in xpi pauperis
exp̄ſſa imagine totus letaris et eis q̄ ſi re-
gibus cum ſumma alacritate et reuerēcia allo-
cietis . **Conſidera** etiam hic q̄ ad p̄fectionem
non ſufficit quēdam opa bona et quaſdā vir-
tutes habere ſ; oportet oīa p̄poſſe p̄ficere . **Vñ**
Cris . **Completo** eſt dei homo ad omne op?
bonū expletus . non vt hec quidē habeat . illa
vero nō habeat . **Qui** enim talis ē . non eſt cō-
pletus . **Que** em̄ vtilitas dic michi cum oīat
quis int̄nſe nō miſereat autē habūde . **Aut**
cum miſereatur quis habūde . auarus autē et
violent? cris aut cū non auar? aut violentus
exis . ad oſtētatō; vero ſit hominū qui vi-
dēt **Aut** cū miſereat quidē i id q̄ deo videtur
eleuet aut hoc ipſo et magna ſapiat . **Aut** cum
hūilis q̄dem fuerit et ieiunijs int̄dēns . auar?
aut et negotiator . et terre affix? et int̄; oīa ma-
lorum inducens anime . **Radicem** enim om̄i-
um malorum . dixit paulus auāiciam . **Hoc**
teamus igitur hanc . refugiamus hoc peccatū
Hoc orbem tētarum inſtabile fecit . hoc om̄i-
nia confudit . a beata ſeruitute nos abducat
cristi . **Non** eſt em̄ ait deo ſeruire et mamōe
contrarium enim iūgit crisi? **Hec** cris . **Et**
nota ēa p̄miſſa . q̄ p̄fectio paupertatis non cō-
ſiſtit i maiori deſai rerū tēporaliū ſ; i maiori

abstractione sollicitudinis eorum. Quanto enim modus viuendi in paupertate minorem habet sollicitudinem. tanto paupertas est perfectior. non autem quanto paupertas fuerit maior. non enim paupertas secundum se bona est. sed in quantum liberat ab illis quibus homo impeditur quo minus spiritualibus intendat.

Oratio

Domine ihesu criste da michi misero et fragili qui tua mandata hactenus negligenter et male seruauim. saltem amodo ea obseruare. ut dum obseruatoribus eorundem merear ad vitam ingredi. Da etiam michi clementissime domine ut ad perfectionem tendendo omnia temporalia propter te affectu contempnam et effectum relinquam relictis quod omnibus te sequar te imitando. et per tua uisigia gradiendo. ut te rectore te duce. ad thesaurum meum desiderabilem et indeficientem valeam letius peruenire. et de tua uisione semper gaudere Amen.

De duodecim consilijs euangelicis **Ca^m XII**

Quia dictum est de preceptis que sunt necessaria ad salutem. videamus et de consilijs que requiruntur ad perfectionem. Unde et preceptis et prohibitionibus tenemur sed de consilijs et premissiombus non tenemur. Nam consilium pertinet ad perfectos. preceptum autem ad perficiendos. Sed premissio pertinet ad imperfectos. prohibitio uero ad pueros. Ad obseruanciam quidem preceptorum. utilis est obseruancia consiliorum. Aliquando enim fortitudo terre in ingressu illius consistit. et ideo passus ille bona custodia indiget. quia obtentu ingressu facilius residuum hostes obtinent. Sic est in terra anime quia tota fortitudo eius consistit in ingressu scilicet in occasiombus peccatorum. et propter hoc necessaria est bona custodia circa ipsum propter custodiam autem istius ingressus dantur consilia que continent et custodiunt mandata ac retrahunt hominem ab incautis respectibus et discursibus et alijs periculis. Sunt autem duodecim consilia euangelica que christus adiecit ad precepta. primum est paupertatis que consistit in abdicatione proprietatis. Unde est illud Si vis perfectus esse uade et vende omnia que habes et ueni sequere me. Et illud Qui non renunciauerit omnibus qui possidet non potest meus esse discipulus. Secundum est obedientie. Unde est illud Si quis uult per me uenire abneget semetipsum. Et illud super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei. qui dicunt facite. Tercium est castitatis. Unde est

illud sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum celorum. Et illud audistis quod dictum est antiquis. non mechaaberis ego autem dico uobis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est in corde suo ubi ostenditur quod non solum dampnabilis est consensus ad delectandum in corde. Necessaria consilia predicta sunt specialia omnis perfecte religionis et substantialia. quia suos obseruatores elongant a malo non solum quantum ad culpam. sed etiam quantum ad causam. Omne namque malum oritur ex triplici radice scilicet ex concupiscencia carnis et concupiscencia oculorum et supbia uite. Predicta uero tria consilia nos elongant perfecte ab hac triplici radice. scilicet paupertas a concupiscencia oculorum. castitas a concupiscencia carnis et obedientia a supbia uite. Quartum consilium est caritatis. Unde est illud Diligite inimicos uestros. Istud quantum ad dilectionem affectus est preceptum. sed quantum ad dilectionem effectus est consilium quia inimico uelle gratiam et gloriam est necessitatis sed impedire opera beneficiencie. et ostendere illi signa beniuolencie est consilium et perfectionis. Sane negare ei signa familiaritatis. quando ueniam petit vel ad familiaritatem non simulatorie se ingerit vel quando necessitas exposcit uindicta est. quia tunc inter amicos est computandus. sed quod aliquis uult se ad familiaritatem eius ingerat hoc est perfectionis. Quintum consilium est mansuetudinis. Unde illud Si quis te percutserit in maxillam tuam prebe ei et aliam id est patis sis et aliam percussione sustinere patienter. et istud est consilium paciencie respectu lesionis corporis. Et illud Qui tecum uult iudicio contendere et tunicam tollere relique ei et pallium et istud est respectu ablationis rerum. Cum contentione et fraude nulli licet sua repetere cum caritate licet imperfectis perfectis autem non. quia non repetere est infirmis consilium perfectis uero preceptum. Illis autem qui renunciauerunt appetati non licet repetere sua sed ut congregatioms. Sextum est misericordie et erogationis. Unde est illud. Omni peccati te tribue non propter se sed propter bonum commune. Et illud si uis perfectus esse vende omnia que habes et da pauperibus. Dare superfluum in extrema necessitate est necessitatis et debiti sed dare quibus egenus est consilium. Septimum est de simplicitate uerborum. Unde est illud. Sit sermo uester est. non non. Id est si affirmacio vel negacio est in ore. sit etiam in corde. Et illud Audistis quia dictum est antiquis non periuuabis ego autem dico non iurare omnino. Iurare quantum ad infirmitatem pertinet premissiombus est

non iurare autem quantum ad perfectionem
pertinet et consilij est. **O**ctauum est de vitanda
occasione peccandi. **V**nde est illud. **S**i oculus
tuus scandalizat te erue eum et pice abs te.
ubi secundum augustinum nullum membrum ad laudem
cipitur erui sed occasio peccandi quia non solum
ipsa peccata sed et occasiones peccandi sunt fu-
gientes. **N**onum est de rectitudine intentionis
et simplicitate operis vel finis. **V**nde est illud.
Atendite ne iusticiam vestram faciatis coram
hominibus ut videamini ab eis. **E**t illud. **S**ic
lucet lux vestra coram hominibus ut videant
opera vestra bona et glorificent patrem vestrum
qui in celis est. **D**ecimum est de conformitate
operis et doctrine. **V**nde est illud. **Q**ui fecerit et
sic docuerit hic magnus vocabitur in regno
celorum. **E**t illud. **A**ligant hominibus onera
grauia. **D**igitum autem suo nolunt ea mouere
dicunt enim et non faciunt. **I**n predicatione ali-
quando asserit censura generaliter de hijs que
pertinent ad statum salutis aliquando deo as-
seritur censura secundum statum perfectionis ut
potest religionis primo modo teneatur facere quod
dicitur predicator cum asserat omnes ad hoc te-
neri secundo modo non teneatur nisi ipse perfecti-
onem illam vouerit. **E**xistens autem in peccato
notorio peccat quando predicat quia scandalizat.
Existens autem in peccato occulto si predicat
et non studet ex suo dicto expungi adhuc vi-
detur peccare quia videtur contra preceptum. **V**nde ci-
mum est de vitanda solitudine. **V**n est illud.
Nolite solitari esse. **E**t illud. nolite cogitare
de castitate. **U**bi sciendum quod quadruplex est
solitudo. **P**rima est laudabilis et est prom-
ptissime spiritualis quod ad animam et quomodo
quod deo placeat omnem solitudinem suam pices
in eum. **S**ecunda est etiam laudabilis et est prius
et temporalis ex fraterna caritate qualis comparatur
platis et religionis officiis que presunt in soli-
tudine. **T**ercia est tolerabilis et est aures temporalis
quo ad corpus. **Q**uarta est vitabilis et est su-
perflua thesauri a domo que ad auariciam. **P**rima
consulitur consilio isto. **S**ecunda a precepto. **T**ercia per
mittitur quia prohibetur. **P**rodecimum consilium
est de fraterna correptione. **V**nde est illud. **S**i
peccauerit in te frater tuus corripe eum et. **C**orri-
pere fratrem quique est consilium ut quando aliquis corripit
fratrem de verbalibus et illud cum quod nichil habet face-
re nisi comune caritatem quique est preceptum ut quando
corripitur de materiali et isto secundo modo pertinet
ad omnes et obligat semper si non ad semper quia per
locum et tempus sed quando vacat et licet et creditur
quod vtiliter sit correptio. **E**t ad hoc preceptum max-
ime tenentur plures que ad eos que omnia gerunt.
Omnia premissa domini precepta et consilia facili-
a sunt volenti et dei timorem per oculos habenti

Vnde etiam. **S**it tibi timor dei omni necessitate
te violencie. **S**i enim velis occasiones semper
obicere nichil de hijs que sunt in peccata custo-
dies et ita propeius omnia que sunt precepta cala-
bis. **Q**uia si legem volueris custodire christi ne-
cessitatem quidem nullam que te ab obseruacio-
ne eius impediatur aliquando patieris. **N**oli
igitur o homo in oculum reclinare nec dissolu-
tis bonam animi voluntatem neque enim que
immaniter onerosa sunt. **T**antummodo velle
sufficit et totum quod iubetur impletum est. **Q**uia
si michi consuetudinem tuam opponis ut legem
per hanc ipsam te admonere quod sit facilis ista
correctio. **S**i enim in aliam consuetudinem ex-
alia te conuerteris hoc quod tibi difficile videtur
efficietur. **Q**uia si ut ad vitandum consueueris
do est violenta ita sit potens ad corrigendum.
Et iterum. **S**i in vsum semel bene perhibe transieris
etiam si postea aliquis tibi torpor obrepatur
non tamen facile poteris horum quicquam
que precepta sunt transgredi bona scilicet consue-
tudine firmata et iam mutante nature. **Q**uia
enim facile est dormire comedere bibere respi-
rare tam nobis facilia erunt bona consuetudi-
ne etiam opera virtutis. **N**ec etiam. **V**nde et tul-
lius optima forma viuendi eligenda est qua
iocundam reddit consuetudo. **T**antum etiam
delecteris et conplaceat tibi in preceptis ut
consilijs domini ut si non sine grauamine vel
difficultate videantur fieri coneris tamen ob
honorem ipsius legislatoris seruare et imple-
re quantum ipse vires dabit quia et si propter
ipsam pati non elegeris nichilominus aliter
patieris. **V**nde enim dicit augustinus. **I**n hoc mun-
do non timere non dolere non picitari impos-
sibile est sed plurimum interest qua causa et
expectatione quo termino quisque patiat. **V**nde et etiam.
Si non propter christum elegeris
tamen aliquando pati dolorem necesse est eos
omnino et aliter sustinere. **N**eq; enim si propter
christum non mortuus fueris immortalis eris
neque si propter christum non pieceris premissas
ferens eas abibis. **N**ec expectat a te que et non
expectante eo dabis. **N**ec te vult facere tua
voluntate que et ex necessitate te oportet face-
re. **E**xpectat autem solum propter eum fieri quia
continget et hec transire a necessitate que se-
cundum naturam fit. **E**t ideo non iniuste auer-
tit et punit deus cum in omnibus seipsum
nobis prebeat nos autem resistimus. **E**go
inquit pater ego et amicus et frater et soror
et mater et omne quodcumque volueris ego
sum solum familiariter te habeas ad me quia
omnino necesse est te pati elige pati propter
me. **E**go inops propter et peregrinus propter
te in carere propter te in sepulchro propter

te superius propter te interpellat patrem inferi
pro te ligatus veni a patre omnia michi tu
es et frater et coheres et amicus et membrum
Quid plus vis? Quid eum qui te diligit a
ueris? Quid huic mundo laboras? Quid ua
se hauris perforato? **N**oc enim est in presenti vita
laborare. Quid flammam incidis? Quid aere
impugnans? Quid inaniter curris? Vanitas enim
vanitatum et omnia sunt vanitas. Ita humi
liemur nosmetipsos et potiores efficiamur
ut qui digne hic vivimus futuris fruamur
bonis. **Nec Crisostomus.** Predicta autem duodecim
consilia duodecim lapidibus preciosis possunt
adaptari. Primum enim consilium quod est paup
tatis significatur per lapidem saphyrum. Sa
phyrus enim flavi coloris est sicut celum se
renatum sic pauperes colorem celestem habent
pro quanto a terrenis totaliter elongati soli
celestibus intendunt. Item saphyrus dicitur
ardorem interiore refrigerare et oculos pur
gare. sic sancta paupertas ardorem cupiditatis
reum temporalium qua communiter homines mu
dani estuant ita in animo istorum pauperum
refrigerat ut omnia terrena bona arbitrentur
ut stercorea. Et ideo facit eos habere oculos
mundos et limpidos ad contemplandum ce
lestia quia non sunt terrenorum pulvere ob
fuscati. Item saphyrus fugat squiniam et
morbum qui dicitur nolimetangere et unius
saliter valet ad apostolica calida. Sic paup
tas spiritus tumores et infectiones viciorum non
compatitur sed ea sedat et fugat. Secundum con
silium quod est obedientia significatur per lapi
dem topazium. Topazius in colore est auro si
milis sic obedientia. Color enim auri nobilissi
mus est sine quo nulla pictura est perfecta.
Et certe sine qua obedientia nulla perfecta vir
tus est quia secundum Augustinum sine obedientia omnia
vacua et cum obedientia omnia plena carita
te repleuntur. Item topazius bullientes aquas
humane fluxibilitatis operatur. Nam ex natu
rali fomite in nobis incentiva viciorum ebu
liunt quibus obedientia frenum imponit. Item
topazius iram restringit et certe obedientia
iram et omnem passionem animi mitigat quia
quocumque passio vel temptatio in animo irrep
serit superueniente maiorem obedientia res
tringitur in homine obediens. Tercium con
silium quod est castitas significatur per lapidem
smaragdum. Smaragdus enim est a tota
specie amator castitatis et nullo modo susti
net coitum nisi rumpatur. Unde et gestans
se ad castitatem inclinat. Est autem viridis
pre omnibus rebus viventibus cuius etiam
fulgore videtur aer vivere cernitur nec ei
visus sole vel luna vel umbra obscuratur.

Sic castitas inter alias virtutes videtur. **V**n
de et virgo dicta est a virore et ipsa castitas
est viror omnium virtutum ita ut etiam pri
mas exemplariter et virtualiter vivere faciat
nec obscuratur sole id est estu cuiuslibet tempta
tionis nec obscuratur luna mundane gloria co
munis nec umbra carnalis delectationis. Item
smaragdus motus lascivos compescit visum
refodit gratum hominem in verbis reddit
et hec tria ad litteram efficit castitas ut patet.
Item smaragdus tempestates auertit et cadu
cum morbum curare dicitur sic castitas tempesta
tem carnalis impugnationis repmit et morbum
eius unde homo quasi caducus et amens effi
citur compescit. Quartum consilium quod est cari
tas putatur extenditur ad dilectionem inimicorum
signatur per carbunculum. Carbunculus enim se
habet ad alios lapides sicut aurum ad cetera
metalla et dicitur aliorum lapidum virtutem
habere sic caritas excellit omnes virtutes et
complectitur in se virtutes universas. Carbun
culus etiam est calor igneus sicut carbonis vivus
nocte magis lucet quam die et circa se noctem quam
in diem mutat sic caritas ignis est et magis
lucet in nocte aduersitatis quam in die prosperita
tis. Immo etiam noctem aduersitatis et tribula
tionis vertit in diem consolationis. Item carbun
culus fugat venenum acreum et vaporosum sic
caritas sua benignitate omnem malitiam infecta
uam vincit. Quintum consilium quod est man
suetudo signatur per ametistum. Ametistus enim
coloris violacei et habet virtutem refrigerandi
et leniendi. Unde operatur contra ebrietatem sic
mansuetudo refrigerat calorem iracundie et le
nit appetitum vindicte. Unde et ebrietatem
mentis qua aliqui capiuntur extra moderamen
tationis ex crapula animi sedat et hominem
tranquillum reddit. Item ametistus reprimit
malas cogitationes et confert in scibilibus in
tellectum sic et mansuetudo quia ut dicit Am
brosius mansuetus homo cordis est medicus et
psalmus docebit mites vias suas. Sextum
consilium quod est misericordia signatur per
onichinum. Onichinus in calore et magnitudine
est ad similitudinem unguis humani per unguem
autem in scriptum ultimatate operationes designa
tur et certe consilium misericordie extendit se
etiam usque ad ultimum possibilitatis nostre
primo perfecta misericordia non habet ultimum
et nunquam impletur quia si miseraris quantum potes
plus tamen velle debes. Item onichinus appo
situs oculi infirmo sponte sua quasi res se
lata intret sine lesione et circueit oculum et
penetrat interius omnes partes quousque eius
contrarios humores pressus exarserit sic mis
ericordia naturaliter ex seipsa oculum cordis

subintat et cum punitore intrauerit emundat
ipsum ab humoribus viciosis. Unde dominus
dixit inquit elemosina et ecce omnia munda
sunt vobis. **O**mnibinus etiam valet contra
scabiem et dealbat faciem sic misericordia
scabiem peccatorum absterget et faciem anime
dealbat. quia sicut aqua extinguit ignem ita
elemosina extinguit peccatum et ut dicit crisostomus
elemosina illustrat animam et eam bonam efficit
et eam deoriam. **S**eptimum consilium
quod est simplicitas verborum significatur
per iaspidem. **I**aspis enim bonus est viridis
translucens et rubens habens venas sic sermo
noster debet esse viridis ut semper aliquid
boni germinet quod est contra vaniloquos
debet esse transparentis ut in verbis transpa-
reat intendendo cordis quod est contra dolosos
et mendaces debet etiam habere venas rube-
as caritatis ad proximum ad quem et de
quo est sermo quod est contra susurratores
detractores conuiciatores et calumpniatores.
Item iaspis fugat febrem et ydropisum. et
stringit fluxum sanguinis sic simplicitas
verborum fugat febrem iracundie quia re-
sponsio mollis frangit iram curat ydropisum
auaricie nam apud mercatores et alios tem-
poralibus lucris inhiantes verborum simpli-
citas reputatur fatuitas stringit etiam fluxum
sanguinis carnalis videlicet concupiscentie
que ex simulatis colloquijs sepe excitatur.
Octauum consilium quod est vitacio occasi-
onis peccati significatur per crisololum. **C**ri-
sololus enim micat ad solem quasi stella aurea
et si ponitur in igne resilit ab igne sic cau-
tela occasionis peccandi micat in anima qua-
si stella aurea dirigens hominem in factis suis
admiratur stelle maris ut sine offensione pec-
cati pertingat ad portum et per hanc caute-
lam mori ut homo aduertit se esse in pericu-
lo resilit fugiendo a tali oportunitate quasi
ab igne. **I**tem crisololus repellit stulticiam et
confert sapientiam sic vitare occasiones pec-
candi est magne sapientie sicut contrario que
tere oportunitates peccandi magne stulticie
est. **N**onum consilium quod est rectitudo inten-
tionis ac simplicitas finis significatur per beril-
lum. **B**erillus enim est coloris pallidi et trans-
parentis et illi optimi sunt qui maculas interius
non habent sic bona opera nostra debent esse
pallida id est spiritualia et transparentia ut
videantur ab hominibus per bono exemplo et dei
gloria et hoc tunc solum est laudabile quan-
do intentio est pura intus in corde ita quod non
sint macule intentionis finis. **I**tem berillus si
sit rotundus et opponitur soli ignem accen-
dit in carbone mortuo sic bonum opus si sit

bene rotundatum id est ex omni parte debitis
circumstantijs coequatum vel distortum a fi-
ne debito et si directe opponatur soli ita ut tota
intentio dirigatur ad lumen tunc accendit
carbones mortuos id est opera nostra prius
per peccata mortificata reuiuiscere facit vel etiam
quia eius ardor accendit proximos mortuos
pro peccatis qui eius exemplo accenduntur
ad penitentiam. **I**tem berillus valet contra squan-
diciam et glandes sic rectitudo intentionis
valet contra picula hostium et reddit homi-
nem inuictum sic quia hostes nostri demones
mittuntur bona opera nostra picicare per inanem
gloriam et superbiam spirituales quia secundum
augustinum bonis operibus insidiatur ut peccant con-
tra hoc berillus recte intentionis reddit homi-
nem inuictum. **I**tem berillus amorem inter con-
iuges reconciliat et certe bona opera nostra rec-
ta intentione simpliciter in deum directa re-
conciliant animam cum deo sponso suo. **D**eci-
mum consilium quod est conformitas operum
ad doctrinam significatur per ligurium. **L**igurium
est lapis qui fit ex urina lincis nam ut plinius di-
cit urina huius animalis in lapidem durefcit.
Linci comparatur doctor vel predicator propter
acumen visus intellectus cuius doctrina pri-
us debet esse in se ipso digesta per operationem
sibi incorporata et tunc quasi ex habundanda
vite sue stillare in preciosum liquorem doctri-
ne ad profectum aliorum sed ipse debet prius
id quod purius est sibi incorporasse sicut postquam
id quod purius est in urina conuersum est in sub-
stantiam aliam ex tunc liquor urinalis egre-
ditur. **U**nde sicut malum signum est in natu-
ra quando liquor urinalis indigestus et cru-
dus emittitur sic malum iudicium est in mo-
ribus quando id quod docetur prius opere
non impletur. **I**tem ligurium confert consti-
pationem et ventrem soluit sic cum aliqui pleni
malis humoribus peccatorum per confessio-
nem eos egerere nequeunt. sepe tales ex
predicatione exemplaris viri cuius vita plene
dicat quoniam doctrina remedium consequuntur.
Undecimum consilium quod est vitacio soli-
tudinis significatur per lapidem achatem. **A**ch-
ates est nigri coloris cum albis venis inter-
mixtus. **I**n nigro colore designatur humili-
tas et despectus mundi que sunt in istis qui
a solitudine temporalium sunt abstracti.
Nam ipsi mundum despiciunt et a mundo
despecti sunt. **S**ed in hac vita non potest esse
se omnimoda abstractio ab omni solitudine
sed propter necessitates corporis parua soli-
tudo permittitur etiam perfectis et hoc sig-
nificatur per venas albas intermixtas. **I**tem
achates urina fugat sicut sedat et visum

fouet sic vitatio sollicitudinis venena mundi animi contagii fugat. nam omnia ista mundana venenosa sunt et vix absque contagio anime tractari possunt. Item sollicitudo temporalium suum prouocat quia multum attrahit. et auarus non faciat. sicut qui numquam dicit sufficit. Sed ab istis scilicet veneno et huius vitatio sollicitudinis per oppositum preseruat. Que etiam fouet visum intellectualem. quia quanto minus disgregatur ab temporalibus tanto fortificatur ad spiritualia. Duodecimum consilium quod est fraterna correpcio significatur per sardium. Sardius est coloris rubei. Sic fraterna correpcio debet esse rubra sicut attritus aut tertia rubra ex caritate qua fieri debet caritas ista semper est cum dolore et compassione propter delictum fratris ideo rubor ille est turbulentus. Item sardius restringit fluxum sanguinis sic correpcio fraterna restringit fluxibilitatem peccandi pro quanto per huiusmodi correptionem multi restringuntur a peccando. Iste sardius accendit animum ad gaudium et acuit ingenium sic correpcio fraterna fratrem bonum ex post facto facit gaudentem acuit etiam ingenium quod secundum apostolum omnia que arguuntur a lumine manifestantur.

Oraatio

Domine ihesu criste rex meus et deus qui me creasti et redemisti et insuper ad me regendum non solum precepta debisti sed et consilia addidisti. regnum quesolo in me constitue et me rege. Illa bonitas et caritas tua que te coegit ad creandum et redimendum ipsa cogat ad regendum. Quid enim prodesset quod composuit et refecit bonitas et caritas tua si non me regat dextera tua. Rege ergo me domine et regna in me ut te rectore te duce valeam non solum que precipis sed et ea que consulis letis adimplere. Amen

De difficultate et impossibilitate intrandi diuitem in regnum celorum. Et de premio reliquentium omnia et sequentium cristum.

Capitulum

RIII

Quens autem ihesus iuuenem tristem factum ex paupertate per suasionem et ab ipso occasione huius habentis diuitias ingreditur sermonem de auaro sub diuitis nomine et per discipulos confirmet in assumpta perfectio nec eis graue sit quod relictis omnibus secuti sunt cristum ostendit quomodo diuitie faciunt difficultatem ad perfectionem et regnum consequendum dicens. Amen dico vobis quia diuites difficile intrabit in regnum celorum quod scilicet est pauperum non dicit impossibile sed difficile est diuitias possidere et non teneri nimis

earum amore quia ut dicit augustinus. Bona terra diliguntur arcius ad ea quam concupiscunt aliud est enim nolle incorporare que desunt a lute iam incorporata diuelleret. illa enim velut extranea iam repudiantur. ista velut membra perscinduntur. Et ut dicit crisostomus. apposicio diuitiarum maiorem apponit flammam et vehementior fit cupido. Vbi ergo difficile ponitur non impossibilitas preterditur sed caritas demonstratur. Difficile enim diuitie habite contempnuntur et vix aliquis res seculi sine seculi vitiis essequitur. Hec enim sunt spine et tribuli qui suffocauerunt seminem dei. Quare tutum est nec habere nec amare diuitias quia ut ait beatus augustinus. qui hic multiplicabis diuitias in cubitum alterius vite gaudia querere contempnunt. Unde ibero. Superflua est cura de rebus corruptibilibus que cum angustia predeunt adeptis pro uo tempore subsistunt. subsistentes sollicitudinem in mentem ingerunt recedentes dolorem faciunt et quod prius est ingressum regni frequenter impediunt. Deinde quasi impossibile hoc ostendit et quomodo diuitie faciunt impossibilitatem ad consequendum perfectionem et regnum celorum dicens. Facilius est camelum per foramen acus transire quam diuitem scilicet inordinatam diuitias amantem intrare in regnum celorum scilicet portam angustam et rectam. Verbum terribile diuitibus quorum nulla bona sunt in celo sic pauperum nulla bona sunt in mundo. Unde Ambrosius. Nam ideo nudi accedimus ad lauacrum ait nudi ad celi ianuam appetemus. Quam autem incongruum et absurdum est ut quem nudum mater genuit nudum suscipit ecclesia diuites intrare vellet in celum. Hec Ambrosius. Vbi attende quod quis vult habere diuitias et non quidem in eis confidendo vel fidem et spem constituendo sed tamen utendo eis afficiatur et cum amore citius deum eas possidet ita quod a perfecto amore dei et libera sequela cristi aliquantulum impeditur. sic difficile regnum celorum ingreditur. Sed quando quis confidit in diuitiis et in ipsis finem et spem constituit ut inde superbiat et lasciuat retinet eas cupide et inordinate cum amore superbia deum nec ad egens manus extendens. sic impossibile est eum intrare in regnum celorum. Unde quod dicit difficile respectu diuitis primo modo dicit impossibile respectu diuitis secundo modo. Quomodo ergo plerumque diuites regnum dei intraverunt nisi quia deo inspirante pro nichilo diuitias habuerunt. Quicquid dauid in diuitiis confidebat. qui de seipso canens ait ego vero egenus sum et pauper. Alios quoque hortatur dicens diuitie si affluant nolite cor apponere. Unde augustinus. Diuites ergo

hic appellat cupidum rerum temporalium et
de talibus supbientem hys diuitibus contra
ej sunt paupes spiritui quorum est regnum ce
lorum. Hec aug. Aliud est diuicias habere a
liud amare. Multi habent et non amant mul
ti non habent et amant. Item alij habent et
amant alij nec habere nec amare se gaudet.
qui vltimi iudiciores sunt et cum apostolo tri
ce possunt. Nichi mundus crucifixus est et
ego mundo. Vnde qdam phus ait Licet inter
diuicias esse pauperem. Nec maiorem ille q
sic videtur fictilibus sicut argento nec minor
ille qui sic argento sicut fictilibus videtur. Vel
facilius hic minus significat positus sui con
trarij id est minus difficile est. Potest enim
deus facere vt transeat camelus p foramen
acus nullo obstaculo auarum vero qui hic no
mine diuitis intelligit ponere in gloriam et
si pt de potencia no tamen de iusticia que re
clamat. Oportet enim auarum amorem opu
dimittere si vult ad vitam intrare. Vel came
lus non potest intrare p foramen acus nisi di
uidatur per multas ptes minutas qd est fa
cilis qm diuitem in diuicijs confidentem et p
amorem eis inherenter intrare in regnum
celorum q illud est aliquo modo possibile
istud impossibile. Vel vt dicitur quedam por
ta erat iherusalem que dicebatur acus per
cuius foramen non nisi deposito oneri et flet
is genibus poterat intrare camelus sic et nec
diues per viam arctam potest intrare in reg
num celorum nisi depositis diuicijs vel p abiectionem
eas relinquendo vel saltem p subiectionem
onem eas non amando. Vel per camelum cui
us vnicuique et singulare officium est onera
portare hujus intelligitur qui peccatorum pondere
pgrauantur. Facilius est ergo camelum id est
aliquem valde peccatorem transire p foramen
acus id est per arctam et angustam viam q du
cit ad vitam qm diuitem cupidum intrare i
regnum celorum q ille facilius a peccatis qm
iste a diuiciarum spe separari potest. Qd autem no
mine diuitis auarum significasset hinc patet
quia discipuli inopes et pauperes hec audie
tes et ia hominibus copacientes affectu q carita
tis salute illorum zelantes qru ad mirando dice
tes Quis ergo poterit saluus esse cum pen
e oes cupiat diuites fieri. Intellexerunt enim s^m
aug. ois q diuicias cupit vel amat etia si
no habeat vel adipisci neqant i diuitum nume
ro de putari et sic multi sunt diuites et pauci
pauperes. Plures enim rebo sunt pauperes qm di
uites et ita plures saluari possent si de posses
sionibus opu dixisset. Hoc autem dicebat q pauci
sunt q diuicias non diligant vel non appetant.
Ihesus autem aspiciens illos oculo modesto

et mansueto clementia sua seueritatem senten
tie temperat et timidam eorum mentem miti
gat et eos consolans ait. Apud homines q
rum scilicet est per se cadere non per se resurgere
hoc impossibile est. vt per se a suis cupidita
tibus conuertantur et saluentur quia no pos
sunt ad hoc attingere ex virtute propria sed so
lum ex gratia diuina. apud deum autem o
nia suntabilia quia per gratiam potest af
fectum a diuicijs separare et hominem a cupi
ditate terrenorum ad caritatem celestium re
uertere. Vnde non est hoc sic intelligendum
q diues cum sua cupiditate et supbia in re g
num dei sit intraturus sed possibile est de o
btinere a cupiditate et superbia ad caritatem et hu
militatem conuertatur et sic intret. Compo
sitam deus non facit diuisam facit. Vbi crisost.
comes defunctorum. **C**ui etiam prudentissime non solum dominus iulici sed etiam dominus omnium applaudere videtur. subiungens ad quid hac similitudinem dederit. **Q**uia inquit filii huius seculi et tenebrarum id est homines temporalibus intenti et amatores mundi prudentiores sunt in generatione sua carnali id est in secularibus ad que videntur geniti id magis astuti et feruidi sunt in carnalibus et temporalibus negociis agendis quam filii lucis et vite eterne id est homines spiritualibus deputati et amatores celestium sunt in spiritualibus negociis exercendis. **P**rudentes sunt illi in malo quam isti in bono. **V**ix enim inveniunt aliqui qui tantam prudentiam et curam habent in acquirendis bonis eternis et permanentibus. quantam calliditatem et sollicitudinem. **I**sti habent in acquirendis bonis temporalibus et fugitiuis. **P**ro his enim die noctuque vigilat angustiant laborant et modis omnibus tales diuitias coaceruare non cessant. **S**icut bubo et cattus clarius vident de nocte quam homo non ab legendis litteris sed ab capiendum muris. sic filii seculi acutius vident. quam filii lucis non ab sciendi legem dei. sed ab acquirendis bona mundi. **A**udiant hec filii lucis et a filiis tenebrarum seculi huius vici erubescant. **I**deo enim hec scripta sunt ut audiendo prudentiores fiant. non autem ut iniquitatis villam imitando fraudez vel iniusticiam in aliquo agant. **V**bi Beda. **A**udiant sapientes huius seculi. ut stultam sapientiam deserere et sapientiam dei stulticiam discere queant. quanti eorum sapientiam diuinam equitas estimauerit. quos non vere prudentes sed in generatione sua prudentes esse commemorat. **I**uxta hoc quod alibi dicitur. **R**e qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobismet ipsis prudentes. **N**ecnon et amatores vite eterne filios lucis appellando. non aliud eos qui sapientes sunt ut mala faciant bene aut facere nescierunt quam filios esse tenebrarum arguit. filii autem lucis et filii huius seculi vocantur. quod filii regni et filii perditionis. cuius enim quisque agit opera eius cognominatur et filius. **N**ec Beda. **S**ed heu nos ut ait **T**heromimus. **P**eruenitissimi sumus in terrenis frigidissimi in celestibus et summam in rebus prauis exhibentes alacritatem ad maiora tepescimus. celestem habitare finem res sine fine querimus. celestes diuitias immortales honores pigra quadam dissimulatione negligimus. **N**ec **T**heromimus. **V**bi notandum. quod quedam est sapientia noxia. et ista est carnalis quam habent auari in acquirendo diuitias. superbi in acquirendo honores. luxuriosi in acquirendo delicias. **U**nde **I**acobus. **N**on est ista sapientia desuulsi descendens. sed terrena quo ad auaros. aial

quo ad luxuriosos. dyabolica quo ad superbos. **Q**uantum autem ad istam sapientiam verum est quod filii huius seculi sunt prudentiores filii lucis. quia filii lucis eam aspernant et fugiunt. **S**eunda sapientia est supflua que est de impertinentibus ad salutem. **I**sta sapientia est mundana et secularis. siue sit philosophica et physica. siue scientia legum et decretalium que per tanto dicuntur supflue. quia sine illis potest salus esse. **Q**uantum etiam ad istam sapientiam filii seculi sunt sepe prudentiores quam filii lucis quia vici spirituales parum curant de talibus scienciis. **T**ercia sapientia est necessaria que est de expedientibus ad salutem et ista est sapientia diuina. que consistit in vera dei et boni cognitione. **Q**uantum autem ad istam sapientiam filii lucis sunt prudentiores quam filii huius seculi imo in rebus diuinis filii seculi videntur esse stulti. filii autem lucis sunt valde sapientes et prouidi. **Q**ui autem sunt filii seculi. non apparet manifeste. sed tamen potest de hoc aliqua coniectura haberi. **V**na est quod communiter filius habet inclinationem ad artificium patris. et ideo quoniam persona tota est mundana et ad negocia mundi inclinata signum est quod pertinet ad filios seculi. **S**eunda coniectura est quod filius assumit arma patris sic persona que in seipsa assumit arma mundi que sunt superbia auaricia gula luxuria. hec videntur pertinere ad generationem mundi filii autem lucis similiter cognoscunt duplici coniectura. **P**rima est quoniam persona cum omni deuotione sustinet visitationem dei. qua visitatur per flagella. vel alio quocumque modo et quoniam non permittit aliquid in corde suo quod est contrarium deo signum est quod est filius dei. **S**eunda coniectura est quod communiter pulli animu comedunt libenter cibum quo consueuerunt ut pentes eorum et in ipso potissime delectantur. sic quoniam homo libenter degustat celestia que fuerunt cibis christi. et ei sapientia talia ac continue conatur quod libenter impleat voluntatem diuinam. iste est proprie filius dei. **D**einde quoniam a minore infert concludendo oppositum. **E**t ego vobis dico. **F**acite vobis id est ad vestram utilitatem amicos de mamona iniquitatis seculi temporalibus diuitiis. sed non eo modo quod fecit villanis iniquitatis. non defraudando aliena. sed largiendo vestra ut cum defeceritis meritis. propriis et a pnti vita recipiat vos in eterna tabernacula id est per sua merita et suffragia impetret apud deum vos finaliter recipi in vita beata. **A**d hec tabernacula propheta suspiciens ait. quam dilecta tabernacula tua. **Q**uasi diceret dominus. **S**i sibi in futurum etiam cum dolo et fraudulenter prouides laudatur in malis comagis laudandi eitis si in dolo et legitime vobis prouideritis. vbi gregorius. si nos eduxeris pauperes alicuius et na tabernacula accipitis. bates. bates pfae debet?

quia patronis potius offerimus munera. quam egenis bona largimur. Mammona mammonae lingua syra diuicie dicuntur. et mammona mammonis sathanas qui opibus seducit appellatur. Et est aduertendum quod non dicuntur hic diuicie iniquitatis quod iniquum et de malo acquisita de illis enim non precepit dominus fieri elemosinam cum nunquam bonus usus iustificet male acquisita et ideo talia sunt restituenda non in elemosinis danda. Potest tamen de diuicijs iniquum affectu vel actu male acquisitis si elemosina ut sacrosanctis per meretricium vel lenocinium. vel diebus festiuis laborando. vel huiusmodi. Si vero diuicie non de malo sunt acquisita nichilominus dicuntur mammona iniquitatis. pluribus de causis. Primo quia non sunt vere diuicie nec seruiant quod promittunt. sed false. quia fallunt et decipiunt. Promittunt enim securitatem et dant timorem sacietatem et dant esurientiam stabilitatem et dant subitam deiectionem. Secundo quia iniquum in eis confidunt ac spem et finem in eis constituunt. Tercio. quia iniquum mammona preest eis qui temptat homines cupiditate ut seruiant auaricie. quod est peccatum seruitus et sepe faciunt homines iniquos ut semper desiderent amplius. Quarto quia sunt multarum iniquitatum materia. propter diuicias enim multa committuntur iniqua et expendantur in multis illicitis et superfluis. Quinto quia ut plurimum acquiruntur inique in pluribus enim peccatoribus. necesse est aliquem reperiri qui iniuste usurpauerit aliena. Unde vulgata communis dicitur sententia. Omnis diues aut iniquus est aut heres iniqui. Sexto dicuntur mammona iniquitatis id est inequalitatis quia inequaliter possidentur. nam unus habet ad superhabundantiam alius ad sufficientiam alius ad necessitatem extremam. alius ad totalem penuriam. Septimo quia inique retinentur. quod enim vltima necessaria vite retinetur nec proximi necessitatibus erogatur. penuria est iniquitatis id est contra equitatem. in ea enim non seruamus equitatem quam proximo debemus. quem sicut nos diligere iubemur. Pauperes ergo recipiant nos in suas domos celestes. si nos eos receperimus in nostras domos terrestres. Unde Augustinus. Omnia bona sua debuit deus duobus hominibus diuitibus terrena. pauperibus celestia. Sed deus volens utrumque saluare constituit ut hic diuites in sua hereditate recipiant pauperes et pauperes in sua hereditate eos collocent. et uterque per alium collocetur. Hec Augustinus. Et si non omnes pauperes possunt nos recipere in domos celestes. tamen quia largimur his recipiemur ab angelis et sanctis. quod lat

gientibus pauperibus angelorum nobis ceterorumque sanctorum gratiam comperamus. et quauis bonum sit eligere pauperes bonos et alijs preferre in datione elemosine. tamen qui dat indigenti peccatori non quia peccator sed quia homo est. non peccatorem nutrit sed iustum quia culpam non diligit. sed naturam. Qui autem elemosinam accepturus est attendat bene si indigeat. alioquin non accipiat ne rapinam committat. Unde Iheronimus. Monache si egres et accipis das potius quam accipias. Si autem non egres et accipis rapis. Porro non indiget monachus si habeat quod nature sufficit. Et hac sufficientiam apostolus certa diffinitione describit. habentes inquit alimenta et quibus tegamur his contenti sumus. Unde in collatione abbatis Abtahe. Noueris autem te ex hoc non leui affici detrimento. quia cum sis sani corporis ac robusti. stipe sustentaris aliena que iuste solis est debilibus attributa. Misericordie ergo operibus insistamus. quia multa bona et in vita et in morte nobis inde compamus. Unde Iheronimus. Non memini me legisse male mortuum qui libenter exerauit opera pietatis habet enim multos intercessores. et impossibile est multorum preces non exaudiri. Unde et Leo papa. Quicquid in cibos pauperum in citationes debiliu in preda captiuorum et in quolibet opera pietatis impenditur. non minuitur sed augetur. Nec unquam apud deum prece poterit quod fidelis benignitas erogauerit. dum quod cuique tribuit id sibi ad premium recondit. Beati enim misericordes quam ipsorum misericordie deus. Nec delictorum memoria erit ubi testimonium pietatis affuerit. Hec Leo papa. Religiosus vero et qui non habet unde possit elemosinam dare materialiter. nichilominus ex corde potest facere elemosinam deo valde gratam videlicet ad hoc voluntate habendo. seu etiam illatas sibi iniurias proximo indulgendo vel aduersitati aliene ex corde compaciendo. Igitur o monache. o clerice. o laycedum viuus cogita qualiter debeas operari ut scias et habeas quod in iudicio possis respondere. ubi audies reddere rationem villificationis tue. Villici enim sumus non domini rerum temporalium et spiritualium nobis ad necessarios usus proximorum commissarum. Et si eas proximis non distribuimus aliena retinemus. Unde Cyprianus. Opinio quedam erronea aggenerata mortalibus auget crimina minuit bona. Ea vero est opinio quod ea quecumque possidemus in usu vite possidemus ut domini. Et ideo etiam oportune ea apprehendimus tanquam bona precepta. Sed contrarium est. Non enim nos ut domini in vita presenti collocati sumus in propria

domino sed tanquam hospites et aduenientes quo nolu-
mus ducimur et quod non putamus et quod nunc lo-
cuples est in breui fit mendicis. Ergo quicumque
his noueris te esse dispensatorem alienorum et
transitorij usus et breuis tibi iura accessa sunt
Abiecto ergo ab anima domini fastu sumas
humilitate et modestia villicum. **Hec Crisostomus.** Attende
de et aliud quod tibi dicitur iam enim non poteris
villicare et operari. **Vnde Crisostomus.** Quotidie talia
per effectum nobis exclamant de ostendens nobis
feruentem in meliorie sospitate priusquam aduense
tascat epamine et alium in preda expiantem
et diuersimode ab hac villicacione discedim?
Sed fidelis dispensator qui de propria dispensa-
cione confidit de fideiatur cum paulo dissolu et eum
cum pro. Is autem cuius sunt vota terrena anxie
in exitu. **Hec Crisostomus.** Cogita etiam quod tunc fodere
non valebis et medicare erit confusio. **Vnde**
Beda. Ablata quippe villicacione fodere non vale-
mus quia finita hac vita in qua tamen licet ope-
ri nequaquam ultra bone conuersacionis fructum
ligone deuote compunctionis licet inquirere.
Mendicare confusio est illo scilicet pessimo genere
mendicandi qui uirgines ille fatue mendicasse fe-
runtur et de quo salomone ait propter pigram a raem
noliut medicabit ergo estate et non dabit ei
Hec Beda. Ut autem idem dicit **Beda.** si hi
qui prebent elemosinam de iniqua mammona fa-
ciunt sibi amicos a quibus in eterna tabernacu-
la recipiant quantomagis hi qui spirituales largi-
untur epulas qui dant consiliis cibaria in te-
pore suo certissime debent spe sume retribucio-
nis erigi. **Postquam ergo dominus promittit de dis-**
pensacione preemie corporalis subdit de dispen-
sacione preemie spiritualis dicens. Qui fidelis est
in minimo et in dispensacione minorum scilicet tem-
poralium et in maiori id est in dispensacione maiorum
scilicet spiritualium fidelis est. **Et qui in modico scilicet in**
carnalibus iniquus est ut non bene pro utilitate
proximorum expedit et in maiori scilicet in spiri-
tualibus iniquus est ut non pro utilitate comuni
diuidat. Quasi diceret. Qui bona temporalia
que sunt minima bene dispensauit in elemosinis
et in alijs pijs uisibilibus dignus est ut sibi comit-
tatur dispensacio spiritualium que sunt ma-
iora quia fidelitas dispensacionis prime est
argumentum fidelitatis secunde. **Et qui modico**
scilicet bona temporalia non bene dispensa-
uit sed in illicitis consumpsit vel male reti-
nuat indignus est ut sibi committatur dispen-
sacio maiorum scilicet spiritualium et quia in
fidelitas prima est argumentum secunde. **Hic habes**
argumentum quod auarus non est bonus predica-
tor vel prelatus. **Vnde subdit.** Si ergo iniquo
mammona scilicet in bonis temporalibus et diuini-
cis fideles non fuistis dispensando que sunt

magis bona secundum appareniam quam secundum ueritatem
quod uerum est scilicet bona spiritualia que sunt
uera bona quis credet uobis id est tradet uobis
ad dispensandum. Quasi diceret. Nullus sapi-
ens. **Vnde habes exemplum de quodam episcopo** qui
quatuor caecos tradidit ad custodiendum nepo-
ti suo et quia male custodiuit ideo etiam anima-
rum tradere sibi noluit. **Et si in alieno fide-**
les non fuistis scilicet in temporalibus que sunt alie-
na a nobis quia sunt extra nos quod uerum est
scilicet bona spiritualia qui sunt habentibus in-
trinseca quis dabit uobis ad dispensandum
Quasi diceret. Nullus sapiens hoc faceret.
Qui enim fidelis non est in dispensacione bono-
rum fortune et diuiciarum corporalium que re-
spectu spiritualium false diuicie sunt et a no-
bis aliene quia extra naturam nostram sicut
nichil enim intulimus in hunc mundum et
nichil huic auferimus possunt quia nobis au-
ferri etiam nolentibus dispensacionem bono-
rum gracie et diuiciarum spiritualium que ue-
re diuicie sunt et nostra quia proprie homi-
ni deputata ab ea enim habenda nati sumus
nec possunt nobis auferri nolentibus nullus
ei credere uel dare debet quia in eis etiam in
fidelis esset. **Vnde Ambrosius.** Aliene a no-
bis diuicie sunt quia preter naturam sunt.
Neque nobiscum nascuntur neque nobiscum tra-
scunt. **Neque enim nostra sunt que non possu-**
mus auferre nobiscum. Sola uirtus est co-
mes defunctorum sola nos sequitur miser-
cordia. **Et ut dicit Augustinus.** Potest ho-
mo inuitus amittere bona temporalia nunquam
autem nisi uolens perdit eterna secundum **Beda**
in minimo est fidelis qui habet viscera pietatis
et opera misericordie dando elemosinas et diligendo pro-
ximos in maiori est fidelis qui omnino adheret
creatori et unus spiritus cum eo desiderat fieri. **Sed**
qui fratrem non diligit quem uidet nec egem mi-
seretur quem diligit deum quem non uidet et quo-
modo seipsum deo tribuet. **Valde ergo confi-**
derandum est in electione prelatorum et propositorum
quales in modico fuerunt et quid pietatis et
misericordie habuerunt quoniam qui in modico fideles non sunt
in magnis quia fideles non erunt. **Vnde precipit A-**
postolus Timotheo et Tito ut eligendo episcopo
semper preconferat si fidelis fuerit et non auarus
in dispensacione re familiari. **Sepem enim auarus**
in erogacione preemie corporalis ut ille fere faciat
nisi pro preemia vel pro personis et iuxta ac-
ceptionem personarum. **Comitatur enim eum**
sepe auaricia et cupiditas usque ad spirituales
lia. **Et ideo tales si promouentur in eccle-**
sia non est ex dei ordinatione sed magis ex
premissione quadam diuina. **Demus igitur**
aliena ut suscipiamus nostra prebeamus pua-

ut accipiamus magnā. seminemus in benedictione. ut metamus benedictionē: sed qui parce seminat pce et metet. Si bene dispensamus bona minora scz fortune et nature merebimur promoueri ad bona maiora. scilicet gde et glorie.

Oraio

Domine ihesu christe animam meam fac virtutū villam ne villius tuis ratio mea dissipet bona tua michi credita. quia post mortē nescio quid meū erit faciā. Remitte michi centum sados olei quos tibi debeo per contemplationē et centū choros tritici quos tibi debeo per operationē et amici tui pauperes qui te diligunt et tibi conformant fiat mei apud te intercessores aduocati et patroni ut cū defecero ppter meritis et ab hac vita recipiar meritis eorū et suffragiis in domos suas scz in eterna et dilecta in tabernacula. Amen

De diuite epulone et lazaro mendico

Capitulum. XVI

Darisei autem qui erant avari audientes dominum ihesū de contemptū mundi et contra auariciam disputantē ac homines ab appetitu diuiciarum retrahentem et ad faciē dum elemosinas inducentem decidebāt eum quasi irrationabiliter loqueretur et cōtraria legi pphetis qz pceptet vbi multa ditissimi deo placuisse leguntur. et obseruatoribus legū bona temporalia promittunt. non attendentes quia in lege carnalibus minora ppter regnum terrenū et in euangelio spiritualibus maiora ppter regnum celorū iure precipiuntur et ideo inter legem et euangelium sicut promissionum ita et pceptorū debere esse disticiā. Ibi nanqz dictum est si volueritis et audieritis me bona terre comeditis hic vero beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnū celoz. Item lex non promittebat temporalia tanqz principale premiū et ideo vbiqz i sacra scriptura p actibus virtutum promittunt bona temporalia. sub illis intelligunt bona spiritualia et eterna tanqz principaliter promissa. Nec temporalia sic promittuntur ad malum vsum sicut pharisei ista ad defensionem sue auaricie male inducebant. sed ad bonum quia illi qui bone vultur diuicijs nō seruiunt eis nec demoni per eas temptati. sed magis cōuerso diuicie seruiūt ipsis quia sunt eis iuamenta virtutis. et tales fuerunt abraham et alij diuites qui deo seruiērūt et placuerūt in eis. Unde occurrit eis dominus confutans et redarguens eos de vana gloria et de auaricia dicens. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus auariciam vestā p predicto mō

falso colorando. et opia vestra ut ab hominibus videamini faciēdo. deus autem cui omnia nuda et aperta sunt nouit corda vestra et iniquitatem ibi latentem quia quod hominibus et in reputatione hominū qui videt in facie altum est id est apparet iusticia et non existens in re abhominatio est apud deum et in reputatione dei qui videt in corde. quia simulata scitias duplex est iniquitas. Est enim et simulata et iniquitas. Audiant hoc ppter et ambiciosi. quantomagis apparent et se exaltant apud homines cōtomagis abhominabiles sunt apud deum. Igitur quia deus videt corde et per consequens etiam facta quantumcūqz secreta studendum est auiliter etiam ut solus fuerit ut et cogitando et optando mala clinet bona faciat. Si enim deum presentē et omnia videntē et vindicantē semper cogitamus aut vix aut nūqz peccatem? Unde Boetius. Auersamini vicia. colite virtutes. ad rectas spes animū subleuate. humiles preces in excelsum. porrigite. magna vobis est necessitas indicta probitatis cum ante oculos agitis iudicis aucta cernētis. Quia ergo pharisei coram hominibus se iustificabant et iustos esse ostendebant peccatores quasi i firmos contempnendo et elemosinarū remedia negligendo qz iuste hec auaricia et auaritia altitudo dampnanda sit in sequenti dominus docet exemplo. quod maxime inducitur ad prouocandū homines ad opia misericordie ex diuite ppter defectum pietatis et misericordie dampnato et non dicitur hic qz sit parabola vel similitudo. quia est rei geste narratio. Unde secundū quosdam. diues iste nabab erat. quem dauid occidere volebat. quia victualia sibi et suis negauerat. Dicit ergo homo quidam. Vbi notandū qz homo potest sonat hic in viciū qz in naturam. ut dicatur homo ab humo id est humo adherens per amorem terrenorum. Scdm Gregorium. non exprimitur nomen eius quia non erat a deo per approbationem cognitus scdm quod dicit saluator reprobatis nūqz noui vs. Unde qsi ignotus apud deum noie non designatur neqz nominatur a deo quia nomen quefierat a mundo. Homo ergo quidam erat diues nō tam a possessione diuiciarum qz ab amore earum. ecce superfluitas in sensu et concupiscencia oculorum. et induebatur purpura rubea desuper ppter inanem gloriam et bysso alba desubtus ad carnem ppter mollicie. recte excessus in vestitu et superbia vite et epulebat quod tūdie splendide. seruiedo gule magis qz nature. ecce excessus in victu et concupiscencia carnis. scdm vestimenta ita et epule. Ad

mollitiem et luxuriam cultu regio dissoluebat
carnē exteius ac cibis et potibz refouebat
interius. Et erat quidā mendicus nomine la
zarus. **Diuiti** adiungit paup. qz alter alteri
confert. sed differēt qz diues cōfert tempo
raliter paupci. et paup spūaliter diuiti. **Vñ**
Cris. Dum diues sustentat paupē sustenta
tur a paupce. **Ex**primiū aut hic nomē pau
peris qz deo per approbatiōē erat cognitus. si
cūt et moysi dixit. noui te ex nomine. Vnde
et paupibz humilibus dicit gaudere et epul
tate qz ista nomina scripta sūt in celis. La
zarus paup et humilis nominat. diues vero
nec nomine dignus hētur. Nomina bonorū
scripta sunt in libro dei et nomina malorū in li
bro dyaboli. In quo pensandū est quantū inē
est inter publicā legē mundi et benignā legē
dei. Nam diuites sūt mundo celebres p no
mina sua. s; pauperes latent nec nomē in mū
do habent. **M**os est dicendi. Qñ de vrbe p
fecti sumus obuiāuit nobis talis comes vel
dominus. **C**ontra de paupce dicit nobiscū
vnus paup agebat iter. Sed in euangelio ē
mos contrarius qz pauperis exprimit. diui
tis vero nomē tacetur. Superbos diuites per
iudiciū reprobatiōis de? nescit humiles pau
peres per approbatiōē nescit. **C**ominus aspi
cit hos et eminens ardet illos. **Diuitibz** sūt no
mina in culmine mūdi. sed paupibz sūt no
mina in aula dei. **Q**ui iacebat ad ianuā ei?
vlterius plenus vt ex vicinitate magis ap
paret duricia diuitis epeundo et reuertē
do eum videntis. et paciēcia pauperis ex vi
sione diuitis. **Vbi Cris.** Infeliciū hōim
mortem corpis tui vides iacere ante ianuā et
non misereri. **S**i dei precepta nō confideas
saltem miserere condicionis tue et time ne et
ipse talis efficiaris. **C**upiens saturari de mi
cis non dicit de predosis. que cadebāt de mē
sa diuitis quodāmodo dicens ad diuitē. Suf
ficiunt mī mīce mense tue. quas abiciendo p
icis inde. **P**rope de superfluo elemosinā fac d
non dampno luctū. In quo nimia diuitia ap
paret eo qz pīe permittebat vnde paup sub
leuari poterat. **E**t nemo illi dabat qz tali do
mino talis familia et ideo conformabant ei
in mētis duricia. **C**ū ergo ante ianuā iaceret
ex visione pauperis diuiti non misereti animu
lus dampnatiōis inferē et rursus ex visioē
diuitis temptat? qñ die paup probat. **Q**uē
ad maiore ipsius probatiōē paup tas simul
et egritudo et visa diuitis copia et nulla sibi
adhibita cōsolacio afficiūt. **Vbi Cris.** Egre
tacio habet aliquē solaciū si opes habet. **S**in
autē ab infirmitatis magnitudine accedat
et paup tas duplex est infirmitas. **Q**uāta et

go in isto pena est in quo inter tanta vulnera
nō meminit dolores plagarū sed famis. **S**; et
canes vniebant et lungebant vlcera eius
Vnde talis pietas in lingēdo vlcera pauperis
arguit duriciā diuitis qz magis curiales erāt
canes paup qz eorū dominus. **E**t nec a se ca
nes remouere poterat nec visitator erāt qui re
moueret. **Q**ui etiā si mordendo pūissent nō
esset qui illos amouisset. **F**actū est autē vt
moreretur mendicus in paciā quē opus per
fectum habet probatus et portaret sedm aīaz
ab angelis in sinū abrahe. de mēdico diues
factus id est ad requiē et lymbū scōrum patz
vbi descendebāt anime iustorū moriēciū an
teqz gnetale impedimentū glie per passionē
cristi esset amotū. qui finis sedm Aug^m. ideo
abrahe dictus est. nō qz ipse tantū sit s; qz
ipē multarū genciū pater sit qbus ab imitan
dum positus ē. **Vbi Cris.** Non suffecerat ad
portandū angelus vnus paupce. s; ppter ea
plures veniūt vt chorū leticie faciāt. **G**audz
vnusquisqz angelorū tantū onus tāgere. libe
ter talibz onēibz prestante vt ducāt hōies
ad regna celorū. **M**ortuus est autē diues qz
diuitie nō possunt a morte saluare et sepult?
est i inferno scz dampnatorū id ē in pfundita
te penarū infernaliū de diuitie mendicis fa
ctus. **D**iuēs iste tāqz dyaboli prochiānus ad
cimiterium infernale a demoniō est deduct?
et ibi est sepultus. **I**bi sepeliētur prochiāni
dyaboli sine thure et sine aqua benedicta ad
modū azimi. **V**nde in **I**here. de quolibet rep
to dicit sepultura azimi sepeliūt. **S**epultura
azimi est talis qz excoīatur et pellis a domino
possidetur carnes a canibz laceant ossa plu
uīs et grādimibz relinquūt. **S**ic quando
aliquis morit iniquus pentes possident sub
standam terrenam vermes laceant carnem
suam. supplicia infernaliā laceant eius a
nimam que naturam ossis habebit. quia cō
sumi nunquam poterit. **E**t notandum qz
pluribus modis cognoscitur aliquis ciuius
parochianus sit. scilicet si ab eo baptis
mum suscipiat si ei primicias et decimas red
dat. si eius missas et hōas audiat. **Q**ui
ergo aqua concupiscēcie baptizatur in qua
tacet dyaboli imprimitur. **D**e quo in **A**p
caliph dicitur. qui inīcia opum et cō
summationem tanquam primicias et deci
mas dyabolo reddit vel bona temporalia in
illicitis consumit. qui lasciuīs cantilenis et
erroneis carminibus. seu verbis detracto
rijs et malis intendendo tanquam hōas
dyaboli audit. dyaboli parochianum se
ostendit. et in eius cimiterio sepeliētur in
morte. sicut etiam diues iste est sepultus.

Sed q̄ baptizatus aqua penitencie. ubi im-
 mitur caracter cristi scilicet thau de quo dici-
 tur in ezechiele qui iudicium et consumacionem
 bonorum operum christo reddit q̄ ei⁹ sermones
 et verba libenter audit deportabit ab ange-
 lis in requiem cristi cuius prochiānū se ostē-
 dit. Merito autē paup̄ portabatur ab ange-
 lis et angelica ei deputebatur officia cui tam
 crudeliter denegata sunt humanitatis obse-
 quia et merito diues sepultus est in inferno
 ut sustineat cruciatū molendo qui in presen-
 ti vita crucē portare noluit penitendo. **E**levās
 autē oculos suos spūales. non corpales. q̄a
 ibi erat anima eius non corpus. cum esset i
 tormentis multiplicibus. quia eius oculi a-
 periti erant per penam qui ante clausi fuerant
 per culpam. vidit abrahā a longe q̄ mul-
 tum etiam ante apcionem ianue celestis dis-
 tabat status electorum a statu reproborum i
 tantum q̄ impossibilis erat transitus ab uno
 in alium et lazari in sinu eius ad cumulū sue
 pene quem i prosperitate positus dedignaba-
 tur videre. **S**inus abrahe de quo hic dicitur
 ante passionem erat in limbo inferni sed nō
 est in celo. sicut enim translatus est abrahā
 de limbo sic et sinus ipsius cum eo. **E**rat nāq̄
 q̄ in superiori margine inferni locus aliquan-
 tulum habens lucem pro spe future claritatis
 sine omni pena materiali. in quo erant animę
 electorum vsq̄ ad descensum cristi ad infe-
 ros. sc̄z ad eundem locum qui locus p̄pter sui
 tranquillitatem sinus est dictus sicut et sin⁹
 matris dicitur. locus quietus a ventis et tem-
 pestatibus et dicebatur abrahe quia ipse fu-
 it prima via credendi. et primus publice p̄-
 dicauit fidem vni⁹ diei. **H**unc locum appel-
 lauit lob tenebras respectu visionis diuine
 vel pro tedio expectandi saluatorem. dicens
 in tenebris stavi lectulum meum. sc̄m **B**e-
 dam. **S**inus abrahe est requies beatorū pau-
 perum quorum est regnum celorum quo post
 hanc vitam recipiunt. **E**t sc̄m **Aug**⁹. sepul-
 tum inferni penarum profunditas est que sup-
 bos et misericordes post hanc vitam vocat. **Q**ui
 in presenti volūt tenere locum primum in fu-
 turo retrudentur in locum nouissimum. **U**bi
Cels. Sicut autem pauperi dum viveret gra-
 uiorem penam cedebat iacere ante ianuam
 diuitis et aliena bona p̄spicere. sic diuiti mor-
 tuo augebat epidium accubitus i gehenna et
 prospectus delecta domus lazari ne sola tor-
 mentorum natura. sed et tollacione honoris
 illius in tolerabilius sentiret supplicium. alio-
 rum diuitie eorum qui in paupertate sunt tor-
 menta sunt. **E**t ipse clamās pre dolore dixit
 pater abrahā miserere mei. **N**unc sero et p̄

nichilo patrem vocat quem in operibus mise-
 ricordie imitari noluit et petit misereri sui. q̄
 nec summet misertus est nec lazari. **E**t mitte
 lazari ut intingat extremum digiti sui i a-
 qua et refrigeret linguam meam. quia cruci-
 ce in hac flamma. **L**azarum petit mitti sibi
 estuanti cui ipse micas panis uoluit mittere
 esurienti. **V**ocat autem extremum digiti sui
 modicum suffragium meritorū et guttam aq̄
 modicum quōd refrigeratis misericordie. **U**n-
 notandum q̄ lingua et digitus methaphorice
 dicuntur in animabus separatis quales erant
 anime lazari et diuitis. sicut enim in deo qui
 spiritus est manus dicitur virtus eius opera-
 tua. similiter in lazaro hic per digitum intel-
 ligitur virtus eius auxiliatiua et per linguā
 diuitis virtus conceptus mentis expressiua
Unde non in vera sed ymaginaria lingua puni-
 tur dum per ymaginacionē et memoriam pec-
 cata lingue reuocat. **E**t similiter plura alia de
 quibus hic dicitur mentaliter fieri intelligun-
 tur. **Q**uamuis anime corpora nō habeant ta-
 men in membris pati dicuntur quia exute a
 corporibus tales affectus in se sentiunt p̄ pec-
 catis. ac si in corpore paterentur in membris
In lingua ergo cruciari dicitur. id est in ani-
 ma que pro peccato lingue amplius torque-
 batur q̄a per eam plus peccauerat sc̄m duo
 officia nature in quibus lingua deseruit. sc̄z
 gustum et loquelā in quib⁹ epulones frequē-
 ter offendunt. **P**er linguam quidem in offi-
 cio gustus peccauit. quia epulabatur quotidie
 splendide et similiter in officio loquē. quia
 inter epulas splendidas magis relaxatur ling-
 ua ad loquendū inepta. **E**t ideo expedit val-
 de in mensa sobrietatē et silentium obseruat.
Unde **Basilius**. Quantū possumus delicias
 mundi et ciborū opulenciam fugiamus neq̄
 cruciati in flamma queramus guttam aque
 et nullum refrigeriū consequamur. **P**lenius
 nichilominus ut visum est iste diues fuit vi-
 ciss. in eo enim erat auaricia. quia diues erat
 non quia diuidas habebat sed quia auare re-
 tinebat et illicitē expendebat. **I**tem in eo fuit
 vana gloria quam habuit in vtendo veste p̄-
 ciose. **H**oc autem q̄ grande sit peccatum pa-
 tet ex historia romanorū ubi legitur q̄ ille
 qui primus apud eos purpurā indutus fuit a
 fulmine percussus interijt. **N**on debet homo i
 vestibus gloriari. imo magis dolet respicien-
 do ab peccatū suum. nam ante peccatum veste
 non indigebat. q̄ decore innocentie indut⁹
 erat. sed perditā innocentia aduenit dei ira et
 tunc fuit vestis facta ad cooperiendum mise-
 ram peccati et defectum nostrorū. **U**nde in **Ge-
 nesi**. **F**ecit q̄ deus ade et ypoti eius tunicas

pelliceas sc; extra paradysum post lapsu et pec-
catum. In signu huius alii qui religiosi non
vunt nisi pellicibus in memoria transgressio-
nis primoru pntum. et in signu mortalitatis
q; pelles sunt de animalibus mortuis. Qua-
tunc autem nobis potest esse reprehensio circa
vestes. primo qn se nimis piose. sedo quan-
do sunt curiose. tercio quando non sunt statui p-
sone conuenientes. quarto qn quis habet di-
uersa vestiū mutatoria. ita q; a tinea demoli-
untur. et cristus i pauperibus nudus relinquitur.
Item fuit in eo pccm gula. quia epulaba-
tur q; die splendide. Facit autem gulosus iniu-
riam nature. nulli em animali tam magnum
corpus habenti dedit natura tā puū os et col-
lum sicut homini et p hoc ad cibi et potus p-
ciatē et campandā nos monet. Et et
fine mia q; vlcero pauperis noliū misereri
et ideo fuisse misericordiā peccatū. qui miam
non se dē. et ideo etiā tangit a deo nō cognitū
caret nomine. q; deū cognoscere noliū in pau-
pere. Non em reprehendit ex eo q; diues eat
q; qd diuicias auare retinebat. et nichil pau-
peri dare volebat. ac eas in vestibus curiosis
et epulis delicatis male expendebat nimis q;
diuicias amabat. et circa eas cor suū posue-
rat. nec reprehendit ex eo q; aliena abstu-
lit. sed q; sua non dedit. nec dicit quia quē-
piam oppressit. sed q; in acceptis rebo se ex-
tulit. **Vnde Crisostomus.** Non aut q; diues erat tor-
quebatur. sed q; miserus nō fuit. Non accu-
satur q; res alienas tulerit. non q; adulter
fuerit. non q; aliquod malū fecerit. sola in
illo condēpnatur supbia. **Vnde et Gregorius.** Nic-
colligendū est quā pena multatibus sit qui
aliena diripit si inferni dampnatione percuti-
tur. qui propria non largit. **Hec Gregorius.** Pen-
sent ergo non solū seculares sed et religiosi q;
temporalia illi dē sibi attrahūt vel detinent q;
pena puniendi sunt si dampnat qui propria nō
dedit. Qui em aliena seu illicite acquisita et
reddenda detinent contra dei mādāta peccāt
sine quibus nemo potest ad vitam ingredi vel
saluari. Et tamen multi credūt. q; itulit q;
creatu tante iniurie nō obstante. aie eorū reg-
escant in pace. Nā q; conscientia sepe format
scdm id ad qd homo afficit. ideo multi pec-
nias et temporalia nimis diligētes de illicite ac-
quisitis conscientia nō faciūt. sic q; dei precep-
ta contempnendo et p consequens mortalitē peccā-
do deū grauiū offendūt. et oia sua in bonis ex-
ercitiis p dē nō metuit. Et maxie hoc atten-
dū terrar. et potētes q; paz timent terras alio-
rū sibi attrahere. et minus potētes vi vel dolo
opprimere nec ad deū aīta cernentē autat re-
spiciunt. Si arbores solū in altū et non in latū

crescerent nec se dilatarent. vna aliam non
impedit. sed q; crescut in latū et se dilatāt
vna impedit aliā. ita q; vna quādoq; absim-
bitur ppter aliam sibi vicinā. **Sic reges et**
potētes qui habent et querūt dominū h solū
crescerent in altū versus celū et erigēt se ad
deū vnus nō impedit aliū. et q; dilatant
se plus debito ad terrena. ppter hoc vnus a-
lium impedit et aliena sibi attrahit. ac ea se-
pe hereditibus suis relinquit. Sed non gaudeat
de hoc vel gloriēt. q; veniet tēpus quo ipsi
tangit prochiā dyaboli cū diuīte in inferno
sepultura azimi sepelient et alij p eos iniuste
oppressi ad requiē cū lazaro suscipient. Audi-
ant hoc terreni et miseri q; puluis terre nunc
exerant. q; vracō tūc intellectum eis dabit
Vnde Augustinus. Audiant ista diuītes qui nolunt
esse misericordes. audiant irrogā sibi suppli-
cia. q; nolunt erogare subsidia. audiant pau-
perem refrigerantē. audiant diuitem penis g-
uioribus estuantē. Pensentur ergo pro diuī-
cijs pene refrigeriū pro paupere pro pur-
pura flāma. refectio p nuditate. vt salua sit
equitas statem et non mendat modus illi?
mensura. in qua inq; mēsurā mēsi fueris ita
micietur vobis. **Ideo negat misericordia di-
uitiū.** q; ipse dum viueret noliū misereri. **Ideo**
rogans diues nō exaudiat in tormentis q;
rogantē pauperem non exaudiuit in terris.
Et iterū regnum celorū vītate attestante di-
dicimus non diuīte sed pauperū esse. Si igit
regnū est pauperū testat vt infernus sit diuī-
tum. Quisq; igit vis regnare cū cristo elige
paupertatē cū ipō. vt requiescas cū lazaro
mendico. Nemo em potest gaudere cū secul-
lo et regnare cū domino. Qui igitur vult epu-
lari cū diuīte preparat se inter epulas vērmi-
bus gehenne. In qua p gaudio momenta-
neo ardebit perpetuo cū capite suo dyabolo
Infelix cōmercium pro tam breui gaudio ce-
lesti priuari a regno. **Felix paupertas per quā**
celestis acquiritur hereditas. **Felix cōmercium**
pro perituri eterna suscipere. et quod ineffabi-
le bonū ē si fine cū ppo regnare. **Contra inef-**
fabilis miseria perpetua pati supplicia. **Hec**
Augustinus. **Vnde et Crisostomus.** Instruimur autē
q; sit vtile in diuīcijs nō fidere. **Ecce diues**
indiget paupere. q; qnq; esuriebat. Mutantē
res. et notificant omib; q; esset diues et q;
esset paup. Sicut em i theatris cū aduēspe-
tasit et astātes credūt. epuētes et amictum
induētes qui reges et pōres visi fuerāt oib;
vultib; vident vt sunt. sic adueniētē mortē
et soluto spectaculo vniūq; latius egestatis et
diuītiarū depositis ex sol opib; diuīciarū q; iā
vere sit diuītes q; faupes q; gliosi q; v i gloriā

Hec Cris. Videtur etiam esse de statu hominum sicut de ludo scacorum. In illo enim ludo sunt reges et milites, senes et iuvenes, magni et parui, et cetera huiusmodi quorum in ipso ludo continua fit de loco in locum mutatio et quasi quedam mutua ab invicem oppugnatio sed completo cursu ludi et temporis omnia precipiuntur in sacrum et maiora queque et magis gravia cadunt in profundum. Sic diversarum condicionum homines in diversis locis ponuntur et frequenter de loco in locum mutantur ac sepe mutuo se impugnant et sibi invicem aduersantur, sed completo cursu eorum mittuntur in terre sacrum et maiores ac de onere peccatorum magis graves descendunt quam divites in inferni abyssum. Et dixit illi scilicet diviti abraham. Fili scilicet genere non imitatione et vocat eum filium ut dolor eius augeatur de perditis hereditate, recordare sed melius esset perdidisse quia accepisti bona in vita tua id est illa que vera et sola putaveras esse bona scilicet temporalia que sepe dantur quibusdam in signum divine reprobacionis et hoc sibi dicitur ad augmentum sue pene et infelicitatis ut cogitet statum preterite felicitatis, quia ut dicit Boetius in omni adversitate fortune infelicitissimum est genus infortunij fuisse felicem et lazarus similiter mala, scilicet transitoria recepit in vita sua non mala secundum estimationem suam, sed divitiis quam inopia et fame et egritudine existabat mala. Et horum recordatio malorum fuit lazaro consolacionis augmentum. Unde Boetius. Dulcius est apum magis labor. Si maliora per saporem edat. Forte dives iste aliquid boni habuit quod felicitas transeuntis vite remuneravit et lazarus aliquid mali, quod ignis inopie purgavit. Et ideo secundum Gregorium si honorem vel divitias seu aliquid aliud exterioris boni vel prosperitatis in hoc mundo accipimus perit, mescere debemus ne nobis pro quorundam nostrorum actuum bonorum recompensatione dominus dederit, et a retributione boni intimi repellat, et si pauperes forte reprehensibiles conspiciamus, despicere non debemus quia fortasse eos caminus pauperatis purgat. Habent iusti bona mundana sed in recompensatione meritorum suorum non recipiunt quia ab eterna sanctis desiderijs estuantes, que adsunt minima bona reputant. Injusti vero omne gaudium suum felicitatem transitoriam putantes exteriora sola summa bona estimant. Unde Crisostomus dixit etiam accepisti bona in vita tua quasi debita. Quasi dicat. Si quid boni fecisti unde premium deberetur omnia recepisti in illo mundo epulans ditatus oblectatus successibus prosperis. Nunc autem si quid mali commisit, uni-

versa recepit paupertate fame et extreme oppressus miseris et utrumque vultu huc nudus accessit hic quidem de peccatis, propter quod et consolacione sortitur, tu vero a iusticia propter quod et inimitigabilem perfers penam. Unde sequitur. Nunc autem hic consolatur scilicet eterna consolacione pro modica tribulacione, et propter meritum paciencie, tu vero cruciaris, scilicet eterno cruciatu pro temporali delectacione et propter defectum misericordie. Ut enim dicit Gregorius. Iustum est ut in se dolorem inveniat, qui relicto vero gaudio in se et in mundo gaudia vana querebat. Unde Bernardus. Quantos inquit videtis et ipsi lazarus esurientes nudos egrotos, et plus de iumentis vestris, plus de eorum faletis quam de istorum miseris cogitatis. Sed ab eternum abraham iudicium veniamus. Non enim abraham sed domini sententia est. Nemo inquit fili quod recepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur tu vero cruciaris. Neccine cruciatuum causa tota est quod in hoc seculo bona recepit. Ipsa plane neque enim ad hoc nos de paradiso voluptatis animadversio divina, eiecisse videtur ut alteri sibi hic paradisu adinvenendo humana pararet, sed ut in cinere et cilicio misericordie sue subversionis deploraret. Ceterum si hic cruciandi sunt qui in vita sua bona receperunt, et habentibus consolacionem presentem, vix positum est sempiternum, quis nam eorum poterit esse finis si secundum multitudinem tudinem consolacionum suarum dolores apprehenderint animas miserorum. Consequens enim videtur, ut bona omnia et omnem seculi huius recipientibus consolacionem nichilominus universum et et universi maneant cruciatus. At vero et illud eque ex eadem abraham sententia comiciendum videtur eos qui contritio ducti spiritu vite presentis omnia bona respuunt et eligunt mala, omnia bona domini et omnem habituros consolacionem. Et iterum. Si de penarum diminutione solacium prebere vluero crudelis ero et non misericors. Quantum enim subtraham de pena, tantum de corona furabor. Tantum minus erit de fructu, quantum de semine subtraxero. Renovat ergo consolari animam nostram huiusmodi consolacione, sed memoretur dei et consoletur in eo. Apud ipsum namque ipsa quoque tribulacio magna quedam consolacio poterit inveniri. Hec Bernardus. Sic ergo huius vite felicitas divitem infelicem fecit, quia ut dicit Augustinus, nichil est infelicius felicitate peccatorum quam penalis nutritur impunitas et mala voluntas velut hostis interiore roboratur. Unde Seneca. Breuem tibi formulam dabo qua te medicaris qua te perfectum esse iam sentias. Tunc

habebis tū n bonum tunc intelliges infelici-
simos esse felices. Et iterū. Nichil est infeli-
cius et demenciū eo. qui nichil vnq̄ euenit
aduersi non liquit illi se expiri. Et iterū. Te
iudico miserū. q̄ non fuisti miser tñhsti sine
aduersario viam. nemo scit quid tu potueis
nec tu q̄dē ip̄e. Hec Sene. Infelicitas vero hu-
ius vite. lazari purgauit et felice fecit. pluri-
bus q̄pe modis purgamur in ista vita. Qui
busdam em̄ est purgatio cruciatus corporis q̄s
eis mali inferūt. aliquibz afflictiones carnis
quas sibi h̄pi per ieiunia vigilas et alios la-
bores ingerūt quibusdā vero caroz vel rerum
amissio aliquibz dolores vel egritudo. quibus-
dam victus vel vestitus egestas aliquibz ip-
sius mortis acerbitas. Deinde subiungit.
Et in his omnibz id est inter hec om̄ia que
petis vnū est q̄d im̄pedit. scz q̄ int̄ nos et vs
chaos magnū firmatū ē. id ē distantia mag-
na meritorū et statuum firmata est rigore di-
uine iusticie vt impossibilis sit transitus ab
vnō statu in aliū. ideo subdit vt hi qui volūt
hinc transire ad vs nō possint neq; inde huc
transmeare q̄ anime separte sunt extra statū
meriti et demeriti. Vnde Cris. Videre possu-
mus tñhce nō possumus et nos videmus q̄d
fugimus et vs videtis q̄d p̄bidistis et n̄a
gaudia accumulāt vestra tormēta. et vestra to-
menta accumulāt n̄a gaudia. Hec Cris. Q̄
dampnati vellent venīre ad locū electorū. si
esset possibile nō est dubiū. s̄ q̄ electi vellent
ire ad locū dampnatorū non videtur. Vnde
est dicendū q̄ non vellent ire illuc ad manē-
dum. vellent tamē illuc venire si esset possibi-
le ad p̄p̄quos suos liberandū. Istud tamen
velle intelligitur scdm voluntatē naturalis cō-
passionis non autē scdm voluntatē deliberati-
uam in qua conformantur simpliciter diuine
iusticie et dispositiōni diuine voluntatis. No-
li ergo diuītē imitari in supbia vite quia vt
dicit Greg. illic eos a sorte humiliū iudex se-
parat qui se hic in supbie cornibz exaltāt ne-
q; in concupiscēcia carnis. q̄ vt dicit idē Gre-
gorius. nō possunt qui hic voluptatibz sue car-
nis seruūt illic in ouīū gregē numerari. Ne-
q; in cupia oīū q̄ vt idem Greg. testa-
tur regnū celoz p̄cipere nequeūt. q̄ hic toto
desiderio terram gerūt. De qua auaricia etiā
Cris. hoc loco dicit. Vbiq; abieris philar-
giōis et auaros punitos videbis et nunc q̄
dem audiet chaos est inter nos et vs. nūc
autē ite maledicti in ignē eternū. q̄ paratus
est dyabolo et angelis eius. et vbiq; abac-
tos eos aliquis videbit et nūq̄ locū haben-
tes q̄ in gehennā. Que ita recte fidei nobis
est vtilitas ad salutē. hec cum audierimus.

Illic est stridor senciū et tenebre exteriores
et ignis patis hic autē sūt inimicie actusa-
ciones. detractiones p̄iula solitudines infi-
die et ab omnibz obio haberi etiā ab his q̄
videntur adulai. Philargium deniq; vniuer-
si simul cōtristant et im̄petium vltimum ē
auaricia. Si em̄ pecūias despiciere non susti-
net quō supabit vnq̄ concupiscēcia et glorie
insaniā et furorē et iram. Hec Cris. Postq̄
ergo vt dicit Greg. Arctū diuītū de se spes
tolliūt. eius animus ad p̄p̄quos quos reli-
queat reuertit. Vnde seq̄tur. Rogo ergo te
pater vt mittas eum in domum patris mei.
Habeo enim q̄nq; fratres. vt testes illis ne
et ip̄i remant in locū hunc tormentorū. Nō
dixit hoc caritate ductus quāz ante mortem
non habuit nec postea acquisiuit. s̄ timore
seruili ne in ipsorū consorcio eius pena auge-
reut qui q̄ fuerat eis occasio peccādi. tum-
tatione diuīcatū quas eis dimiserat ab abu-
sum. tū exemplo male vite q̄d eis dederat ad
sequendū. Vnde Greg. Quia in re notandū
est ardenti diuītū quāta supplicia amulanē
Ad penā nanq; suā ei cognicio seruatur et me-
moriam. Cognouit em̄ lazarus quē desperit et
fratru suorum meminit quos reliquit. Vt em̄
peccatores in supplicio amplius puniant et
eorū vident gloriā quos contēpserunt et de
illorū pena torquentur quos inutiliter ama-
uerunt. Petenti autē diuītū vt lazarus mē-
teretur ab abraham protinus respondet. Ha-
bent moysen qui docuit moralia et agenda et
p̄phas qui docuerūt mystica et credenda et ista
sufficiunt ad salutē. ideo seq̄nt audiant
illos. Ex hoc patet q̄ iste diues et fratres
eius erant de gēte iudeorū quia gentiles nō
habebant doctrinam moysi et p̄pharum. Vt
enim dicit Cris. vocat hic moysen et p̄phas
scripta mosayca et p̄phetica. Sed vt dicit Gre-
gorius. qui dei verba despererat hec audire
nō posse suos seq̄ces estimabat. Vñ seq̄nt.
At ille dixit. Nō pat̄ abrahā s̄ si q̄s ex mor-
tuis ierit ad eos penitentiā agent. In quo im-
plicat q̄ extra penitentiā erat. et p̄ seq̄nt i
via veniendi ad inferni tormenta. Quasi dicēt
pl? credēt mortuo q̄ scriptum nō ex nūci o sic
mirabiliter eis apparere. Vñ mox diuītū sentē-
ciā verā respondet. Si moysen qui fuit tāte
auctoritatis et p̄phas qui fuerūt tāte scitatis
non audiūt auditu interiori neq; si quis ex
mortuis resurrexerit credent ei. Hoc patuit p̄
effectū q̄ lazaro resurgenti et p̄p̄o testimoniū
p̄hibenti nō crediderūt sed maḡ eū occidere
vulerūt. Similit̄ nec cristo resurgenti credi-
derūt s̄ maḡ falso suaserūt ip̄m nō resurrexis-
se. et corpus a discipulis suis furatum fuisse.

Vnde **Gregorius**. Quia si verba legis despi-
ciunt. redemptoris precepta qui ex mortuis
resurrexit quanto subtiliora sunt. tanto hec
difficilius implebunt. Vbi et **Crisostomus**. Confide-
re quod quisque mortuus feruus est. quodcumque vero
dicunt scripture. dicit dominus. Vnde et si re-
surgat mortuus et si celitus descenderet ange-
lus omnibus magis sunt digne fide scripture.
Nam angelorum dominus viuorum et mor-
tuum iudex eas instituit. Hec **Crisostomus**. Hec er-
go premissa considerantes toleremus ea que
temporaliter molestant. et refrenemus nos ab
his que temporaliter delectant. Vnde etiam
dicit **Iheronimus**. miserie delictis et delictis miserie
commutantur et in nostro arbitrio est. vel diui-
tem sequi vel lazari. Vnde et **Crisostomus**. Si quan-
do egrotamus. si pauperes sumus. si frigore
confrimur. si hospitium non habemus letet-
mur et gaudeamus. lazari cogitemus acci-
piamus mala in vota. Et diuitis nos tormen-
ta terreat et pauperis exempla prouocent.
Deprecemur dominum ut latronem. et istum
lazari pauperem imitemur. Si persecutio ve-
nerit imitemur latronem. si pax fuerit imi-
temur lazari. Et egestas propter cristum be-
ne tolerata facit martirium. Et iterum. Si di-
ces. Non est aliquis qui et hic et illic remia per-
fruat. Hoc quidem difficile est et de numero
impossibile. Nam et si paupertas non vi-
geat. viget tamen ambitio. Si egritudo non
stimulet ira inflamat. Si temptationes non
impellant emergunt sepius cogitationes iniquae.
Non est autem paruus labor iracundiam re-
frenare. compescere illicita desideria ostentaci-
ones sedare. despectionem remittere. vitam as-
peram ducere. talia vero non agentem impos-
sibile est saluari. Hec **Crisostomus**. Si ergo tempore-
les miserie terrent. aut delictis delectant. eter-
ne tibi in mentem veniant et oculis tuis oc-
currant. ut sic facilius temporales misérias per-
ferre et eternas euadere ac temporales deli-
cias fugere. et eternas consequi merearis. Vnde
Gregorius. Si bonum diligatur mens in bonis
melioribus id est in celestibus delectetur. Si
malum metuitur mala anime eterne proponantur.
Ut dum illic esse conspicitur. et amplius
quod diligat. et amplius permisceat. hic om-
nino non abhereat. Vnde et **Augustinus**. In presen-
ti vita et delictis temporales dulces sunt et te-
porales tribulationes amare sunt. Sed quis
non bibat tribulationis paulum metuens ig-
nem gehennalem. Et quis non contempnat
dulcedinem seculi. inhians bonis vite eterne.
Et iterum. Si forte temptant fluctus concu-
piscencie inuarias quod promittit deus et dul-
cedo promissorum facit te contemptorem dul-

cedinum seculi. Pro eo quod promittit deus
contempnis temporalem felicitatem. promittit
requiem patere molestiam. minatur ignem
contempnere temporales dolores. Hec **Augustinus**.
Vnde etiam **Crisostomus**. Mala carnalia ideo a deo
creata sunt non ut timeantur. sed ut per eorum
timorem mala spiritualia magis timeantur.
Bona carnalia ideo creata sunt ut per huiusmo-
di bona carnalia intelligantur spiritualia et ma-
gis diligantur. Hec **Crisostomus**. Ut autem temporales
felicitates et voluptates melius contempnas
cogita carissime et vide quid beatitudinis siue
in spe siue in re felicitates preterite et volup-
tates in te effecerint. et sic iudica de futuris.
Pro his enim omnibus non nisi tormentum
remanebit et luctus. Vnde in Apoc. Quantum
glorificauit se et in delictis fuit. tantum date
illi tormentum et luctum. Requiem ergo laza-
ri et penam diuitis considerantes pauperes non
despiciamus nec inimici oculo aspiciamus. sed
ut patrum nos et aduocatos in die iudicii ipsos
honoremus et eorum indigentis pro vitiis
succurramus. Imo dominatorem omnium nudum
circueuntem et ianuas ex ianuis transmuta-
tem et semper ad exitum stantem et manus ex-
tendentem despiciamus vel honorari in eis certissi-
me sciamus. Ipse enim dicit. quicquid vni ex
minimis meis fecistis michi fecistis. Vnde **Gre-
gorius**. Fratres mei et requiem lazari et penam
diuitis cognoscentes sollicite agite culpam
vestrarum intercessores querite atque aduoca-
tos vobis in diem iudicii pauperes pro auitate.
Cum quolibet in hoc mundo abiectos aspici-
tis. etiam si qua reprehensibilia eorum esse
videatur nolite despiciere. Quia fortasse quod
morum infirmitas vulnerat medicina paup-
tatis curat. Quorum si qua sunt talia que des-
beant iure reprehendi panem pariter detis et
verbum panem refectionis cum verbo correptionis.
Et duo a vobis alimenta percipiat qui
vnum querebat. dum exterius cibo et interi-
us faciat in eloquio. pauper ergo cum reprehen-
sibilis cernitur moneri debet et despici non de-
bet. si vero reprehensionis nichil habet venerari
sumo pre debet. Et iterum necesse est ut cum
nature nostre consortes exteriora non habere con-
spiciamus. quod multa de sint nobis interiora lo-
na pensemus. Quatinus sese super inopes co-
gitatio nostra non eleuet. cum sollicite videt
quia nos tanto vterius quanto interiorius indi-
gentes sumus. Negantur electis in hac vita
bona terrena quia et egris. quibus spes viuendi
est nequaquam a medico iuncta que appetit
conceduntur. Dantur autem reprobis bona
que appetunt quia et desperatis egris omne
quod desiderant non negatur. Vnde et **Ambrosius**.

Continuus successus temporalium eterne te
probationis est iudiciū. Unde etiā Aug? Tu
consolatio sempiterna q̄ solis illis te tribuis
quā consolacō; huius mundi pro consolacione
tua contēpnunt. Nam quī hic consolant in-
digni tua consolacōne habent. sed q̄ hic cruci-
ant a te solant et q̄ p̄cipāt passioib; p̄ti-
cipāt consolacōib;. Neō em̄ p̄t in vtrōq; seculo
solari. nec potest quis hic et in futuro gaudē
sed vnā nōte est perdere quī alterā vult possi-
dere. Hec Aug? Hec igit. p̄missa bene cō-
siderata et diuinitib; et pauperib; valde sūt ne-
cessaria. q̄ et illis dant timorē et istis conso-
lacionem. Audiunt hic diuites penas suas et
pauperes gaudia sua. vt illi tēteantur et isti
mulceant. S; heu par hec attēdimus et me-
morā eorū cū sonitu tūc p̄mittim? Oēs

Omine ihu x̄p̄ cum sim omnino pau-
per virtutib; plenus p̄corū vlcēib;
mēdius ante ianuā tue misericordie
positus. cupiens saturari de micis exēplorū
que cadūt de mensa diuitū filiorū tuorum quī
induunt purpura passionū et epulant quoti-
die splendide ferulis virtutū. Veniant canes
doctores tui vt lingāt vulnera peccatorū me-
orum vt moriens mūdo deponer ab angelis
in finū contemplacōis celestium audia; moy-
sen et p̄phas declinando a malo et faciendo
bonū vt ex mortuis op̄ib; resurgens speret
vitam habere eternā. Amen De resusci-
tacione lazari. **Ca^m** decimūseptimum

Omn̄ autē esset ihesus cū disci-
pulis trans iordane; in loco
vbi iohānes p̄mū bapti-
zauit contigit lazari frātē
marie et marthe infirmari i
bethania que inde per dietas
vel circa distabat. Sorores ergo eius curaci-
onem fr̄is sui desiderantes. miserunt nūciū
ad ihesū vt ipsas a dolore et illū a languore
liberaret dicētes. Domine. Ecce quem amas
infirmatur. Nichil ampliū mandāt ei. Suf-
ficiat enim amanti insinuare necessitatē amici
absq; alicuius p̄ticionis additamento sp̄ali
Quī em̄ proximū in necessitate desit. nec ei
succurrit. amicus eius non est. nec eū diligit
Vnde Aug? Non dixerunt veni et sana non
ausē sunt dicere ibi iube et hic fiet s; tantū ecce
quem amas infirmatur. Quasi dicerent. Suf-
ficiat vt noueris non em̄ amas et deseris. Vñ
et Crisostomus. Per hoc em̄ ad miserēdy volunt at-
trahere cristū. iō aut non iuerūt ad x̄pm. s;
mittunt q̄ cōfidebant de cristo vehementer et
q̄ a luctu detinebant. Et scdm̄ Theophilū
quia mulieres erāt quas nō decet de facili do-
mum exire Magnā autē spem de x̄po habebāt

diligebat enim cristus martham actuosam
et mariam contemplatiuā que tristes erant.
et lazari quī i figura penitentiū languebat
quūq; ei officiū humanitatis sepe exhibuerāt
Noc addit euangelista. ab ostendendū qua-
re non oportuit q̄ martha et maria scēt per-
sonaliter ad cristū quia cristus erat familia-
ris lazari et eius sororib; et ibi frequēter
veniebat ab hospitandum. Vnde Aug? Ille
languens iste tristes omēs dilecti. Habebāt
ergo spem qm̄ diligebatur ab eo qui erat do-
lencium consolator. languentium sanator.
Spiritaliter lazarus quī interpretat a deo
adiutus penitencie significat vīcā. in die em̄
salutis hoc est in die penitencie quādo verus
sol illuxit auxiliatur deus et adiuvat. Mar-
tha autē prouocans interpretat. quē signat
vitam actiuam in qua tam virtutis delecta-
tione q̄ exēpli boni ostētacōne semper ho-
mo ad meliora prouocatur. Maria vero mē-
pretatur illuminatrix et signat vitam con-
templatiuam qua homo illuminatur et scdm̄
Apoc̄. mulier amicta sole et luna sub pedib;
bus eius luminare noctis huius vite. quod
splendorem huius mūdi signat sub pedib; p̄-
icit. Nec tria sūt. que dominus libent̄ vīstat
sc; penitentes actiuos et contemplatiuos. Pe-
nitentes in gracia compūctionis. actiuos in
profectu virtutis et contemplatiuos in puri-
tate veritatis. Sic nota q̄ illi qui cristo plus
sunt dilecti q̄q; plus infirmant et grauiora
mala sustinent q̄ alij. Sicut em̄ mēdius ti-
mes de morbo p̄iculosō vt s; acuta inducit ter-
cianam. vt acuta euētur. sic x̄pus inducit
infirmittates corporales vt morbus anime pi-
culosus declinetur. quia sumus promi ad pec-
candū et ad malū faciendū. Vnde Hugo. Pre-
sciens dominus quosdam multa posse peccare
flagellat eos ne peccent q̄ vtilius est eis fr̄i
gi languorib; ad salutē q̄ remanere incolu-
mes ad dāpnacōnem. Hec Hugo. Sed attē-
dant hī qui infirmantur vel tribulantur. vt
se corrigant. quia ille qui iacit sagittam vel
lapidem post signum. quāto iacit frequēcius
tanto p̄pinquius ita q̄ in fine q̄q; signum
facit sic post nos q̄ in mundo sicut sagitte si-
gnum sumus mors vel de? iacit frequē p̄
firmitatē et tribulacōes. s; q̄nto frequēcius
iacit post nos. tāto directi? et p̄iculosius nisi
corrigamur. Cū ergo dñs p̄ nūciū sororū lazari
accepisset eum infirmū dixit infirmitas hec
non est ad mortem id est ad detinendum eū
in morte sed pro gl̄ia dei sc; vt glorificet fil-
ius dei p̄r eā in ostēdione virtutis sue et p̄
resuscitacionem lazari declaratur in cristo ve-
ritas deitatis et hic erat finis infirmitatis.

Et mansit adhuc duobus diebus trans iordanem in eodem loco ubi erat expectatio mortem lazari qui in eodem die mortuus fuerat quod dominus nuntium recepit. Distulit sanare. ut posset resuscitare. Ad maiorem enim miraculi certitudinem et evidenciam expectavit. ut illius quadriduum compleretur ac mirabilius et gloriosius suscitaretur. Unde **Crisostomus**. Mansit duobus diebus ut scilicet expiaret et se peliceretur. ut nullus posset dicere quoniam non dum defunctum eum suscitavit. sed stupor fuit et non mors. Et postea inter alia dixit discipulis suis. Lazarus amicus noster dormit sed vado ut a sompno exsuscitem eum. Mortem eius vocat dormicionem et sompnum. quia cito erat surrecturus. Unde secundum **Augustinum**. domino qui poterat suscitare dormientes alijs mortuus erat quia tam facile imo facilius est pro suscitare mortuum de sepulchro. quam alteri dormientem de lecto. Vbi sciendum quod sompnum accipitur multis modis. quandoque pro sompno nature. Unde in **Iob**. Securus dormias. quandoque pro sompno mortis. Unde **Aplius**. Nolumus vos ignorare de dormientibus. quandoque pro negligencia. Unde in **Psalm**. Ecce non dormitabit neque dormiet. quandoque pro sompno culpe. Unde **Aplius**. Exurge qui dormis. quandoque pro quiete contemplacionis. Unde in **Canticis**. Ego dormio et cor meum vigilat. quandoque pro quiete future glorie. Unde in **Psalm**. In pace in idipsum dormiam et requiescam. Mors vero dicitur sompnus propter spem resurrectionis. et ideo mors consuevit appellari dormicio ab eo tempore quo christus mortuus est et resurrexit. Discipuli autem intelligentes de sompni dormicione et timentes reuersti in iudeam ubi volebant eum lapidare. dixerunt ei. Domine si dormit saluus erit. dormicio enim infirmi. signum est salutis. Unde **Crisostomus**. Discipuli autem impedire voluerunt eius aduentum in iudeam. Unde dixerunt. Domine si dormit saluus erit. Solus enim esse sompnus egrotantium. salutis indicium. Quasi dicant. Si dormit. non igitur vale est quod tu vadas ad excitandum eum. Stultum enim erat ire per tot stadia ut lazarus a sompno excitaret. Tunc ergo dixit eis ihesus manifeste. Lazarus mortuus est. et gaudeo scilicet non de morte eius absolute. sed propter vos id est propter edificacionem et utilitatem vestram. quia non eram ibi ut credatis scilicet amplius et fortius quam prius. et ex miraculo sumentes experimentum diuinitatis mee in illius resurrectione in fide magis roboramini cuius mortem etiam ego absens vobis annuncio et reuelo. Vide mirabilem bonitatem ac dilectionem et sollem

tiam domini circa discipulos qui indigebant adhuc maiori robore et virtute. Unde **Augustinus**. Gaudeo inquit pro vobis nam cum illic non existerem confert ad maiorem fidem vestram quod si astitsem egrotantem curassem quod esset modicum signum ad mee virtutis indicium. Quia vero me absente superuenit mors potius in fide mea roboramini cum videbitis me posse et defunctum putrescentem resuscitare. Et secundum **Crisostomum**. dicit hoc ut iam inaperent ammirari. quia dominus poterat dicere mortuum quibus nec videret nec audierat ut cognoscentes eum nil latere magis in eum crederent. Perierunt ergo dominus et discipuli eius et venerunt prope bethaniam que erat iuxta iherosalem quasi stadiis quiddecim de quibus octo faciunt unum miliare nec statim intrauit ostendens se ad miracula facienda non ingerere. et ut probaretur deuotio feminarum sanctarum sibi occurrentium scilicet marthe et magdalene. Vbi dum adhuc essent extra castellum. martha audiuit quia ihesus venit. ipsa enim curam domus habebat et ideo primo nuntiatur ei aduentus christi per aliquem qui eum preuenerat. dimittensque sororem suam et iudeos qui de iherosolyma et alijs vicinis locis ad consolandum eas venerant. quia nobiles domine erant sola iuxta et christo reuerenter et deuote occurrere. Unde **Theophilus**. Primo itaque non pandit sorori. volens astantes hoc latere. quibus notum fore aduentum christi nolebat. Unde et **Chrysostomus**. Non autem assumit sororem obuiam propter vadens. Vult enim singulariter christo loqui et quod factum est ei annunciate. Cum vero eam in bonam spem duxit tunc abiit et vocat mariam. Hec **Chrysostomus**. Martha ergo dixit ad ihesum. Domine si fuisses hic localiter presens frater meus non fuisset mortuus cum mors locum habere non debeat ubi est vita. Et post hec dya logum de resurrectione cum domino habitum abiit et vocauit mariam sororem suam silencio dicens Magister adest et vocat te. Vbi **Augustinus**. Aduertendum quod suppressam vocem silentium vocauit. Ideo autem occulte sororem vocat. quia si sciuisent iudei christum aduenire recessissent et non fuissent testes miraculi. Hec **Augustinus**. Maria vero ut audiuit surgit a quiete contemplacionis cito per desiderium cordis. et venit ex magna deuotione ad eum extra castellum in locum ubi ei martha occurrebat. Iudei ergo iherosolymite et alij qui in domo erant cum vidissent mariam festinantes anteire secuti sunt eam credentes. quia iret ad monumentum ut ibi placaret. et nescientes quod illic ihesus esset. Diuina autem providencia factum est ut eam sequerentur. quia secundum **Augustinum**. Hec occasio fecit

ut plures ibi essent quando lazarus suscitatus est ut tam grāde miraculū quatrūduanū mortui resurgētis testes plurimos inueniret. Maria ergo cū venisset vbi erat ihesus videns eum cecidit ex deuotione ad pedes eius apud quos miam et peccatorū rāiam se nouerat alias consecutā. Et dixit ei sicut et martha dixerat. domine si fuisses hic nō essem mortuus frater meus. Ex hoc autē qd maria sic festinauit ad eum patet scdm Augustinū. qd non illam preuenisset martha si ei notus fuisset aduentus ihesu. Per hoc etiā qd martha et maria obuiauerūt dño non expectātes aduentū ipsius datur intelligi qd cū volumus deo reconciliari debemus ei occurrere per penitētiā ante qd ad nos veniat per vindictā qd nos peccatores sumus. et inuincimus paup̄ honem et penā; cessat autē ut dicit Ambrosius diuina vindicta si confessio preueniat humana et cū volumus cristo frui eum venientē anticipemus nō expectātes qd ipse nobis condescendat. s; nos potius ad eū festinemus. Ihesus ergo ut vidit mariā et iudeos qui cū illa veniebant plorantes de morte amici fremuit spū et turbauit seipsū humanū demonstrans affectū in luctu amico. Fremebat etia sonū lugentis emittens turbabat intus miseriam condicionis humane cōsiderās. Turbauit se quē alius turbare nō potuit. Nos turbamur ex necessitate. ipsi autē ex volūtate. Sic omnes defectus huiusmodi suscepit quia voluit. Vnde Aug⁹. Turbatus ē cristus qd voluit esurire quia voluit i illius potestate erat sic vel sic affici vel non affici. Et nota qd fremitus cōsurgit ex indignacōe ad obiectū. Iste ergo fremitus cristi pcedebat ex indignacōe eius contra dyabolū per cuius suggestiōē mors intravit in mūdū quem erat cito debellaturus. Turbatio autē illa pcedebat ex cōpassiōe lazari et sororū eius qd ut verus homo ex quadam naturali affectione flebat cū flentibus ut nos instrueret qd aliorū miseris compati debemus. Iste tamē passiones et cōsimiles nō erant in cristo viciose sed magis victuose qd non erant preuenientes iudiciū rationis. sed magis sequētes et per ipsum excitatē. Iste vero fremitus et hec turbatio nos docet quid nos quoq; in tali re agere debeam⁹ qn vel p nobis ipsis vel pro alijs in peccatis turpiter degentibus deum oramus. Est autē fremitus impulsus ire contra vicia p̄sumptis. turbatio vero quedā tristis cū gemitu cordis cōmotio. Et qd fides de cristo cristus est. in corde fremit cristus et turbat in hominē qn peccator computat qd bona accepit que mala reddidit et de peccatis se increpat et reprehendit. Et

dixit eis ihesus. Vbi posuistis eum. Intro gat nec ignorat i quo mystice inuēit se huiusmodi peccatore nescire cuiusmodi per lazari significatur. Vnde glosa. Qui absens sciuit mortuū. sciuit vbi esset sepultus. Sed sic dicens signat se quasi nescire perditū hominem. Vnde dicit. nō noui vob. et adam vbi es. Dicit autē ei. Domine veni et vide. Venit domin⁹ per cōpassionem. et vidit oculis misericordie quia ut ait Aug⁹. Videt dominus qn misertur. Et affectū suum lacrimis demonstrans ihesus lacrimatus est humanitus ex pietate mystice docens hominē ppter p̄cā flentibus indigere et significans eos qd peccati morte sopiuntur. ut reuiuiscere queant plangēdos eē. Vnde Alchwin⁹. Quia fons pietatis erat flebat pro parte humanitatis quem resuscitare poterat per potētiā diuinitatis. Et Beda. Quare autē fleuit cristus; nisi qd hominibus flere docuit. Lacrimemur igitur et nos pro nobis et omnibus illis quos in fetore viciū iacere sentimus si forte nris lacrimis nos et eos dñs resuscitare dignetur. Ut autē ait Augustinus. Legit cristū super lazarium flentē se in oracionibus p̄noctasse ex itinere fatigatum fuisse. nunq̄ autē risisse aut prosperitū fuisse. Vnde et Crisostom⁹. flentē quidē illū frequē inuenies nunq̄ vero ridētē. sed nec leuiter saltem subridētē vel gaudentē. Et nota qd dominus nō fleuit lazarium mortuū sed ad huius vite miseras et etumpnas resuscitandū. Vnde nec pro nostra nec pro aliorum morte tristi debemus. Quō em ab eo premijs honorabimur ad quē venimus inuēti. Nā scdm Apostolū. Corōnā iusticie reddet dominus hīs qui diligunt aduentū eius. Et quid tantopere viciā desideremus in qua quātomagis quis fuerit. tanto maiori sarcina peccatorū oneratus erit. Vel certe dominus mortū fleuit quā homo peccando inuēit. ac miseras et etumpnas humano generi pro culpa inflitās. Si enim peccatū non precessisset sine dubio mors secuta nō fuisset. Secuta ē ergo mors etiā corpis qd precessit mors aie. Et ihesus rursū fremens in semetipso etiā indignat⁹ cōtra maliciā iudeorū de factis suis iniquū murmurantiū venit motus mia et impulsus cōpassiōis ad monumentū qd erat spelūca. hñs lapidem suppositū. Et dicit monumentū qd monēs mētem sc; illius qui aspiciat. ut p̄ anima sepulchri oret. ac de morte p̄p̄a p̄ogitet. et ab eandē se dispoat rursū fremuit ut det intelligē eos qd a p̄cīs dñt resurgē i cōtinuo luctu phisicū illud psal. tota die cōristatus ingradiebat. Sepe ergo se plorat. peccat. sepe fremat cristus et turbetur in hominē si vult reuiuiscere.

91
Et iussit ihesus tolli lapidem superpositum
ut omnes viderent mortuum fetidum et cor-
ruptum sed contendebat martha dicens ad
eum. Domine iam fetet quatrduanus enim
est. Timebat remoto lapide potius fetore ex-
citari quam fratrem resuscitari. Quasi diceret. Li-
cet aliquando resuscitati sint mortui recentiores
et post paululum. tamen quod iam quatrduanus
ex fetore resolutus resuscitetur non est sic au-
ditum. Et hoc videtur processisse ex amia-
one marthe et eius ignorantia quia eiusdem
virtutis est suscitare recentem mortuum et qua-
trduanum. Vide mirabilem amorem istarum
sororum erga dominum ihesum. volebant enim
quod etiam fetor nases eius tangeret ad mobi-
cum. Deinde sublato lapide ihesus eleuatus
oculis in celum patri pro exauditione sua gra-
cias egit ad fidei edificationem ut circumstan-
tes hoc audientes et virtutem dei in eo viden-
tes crederent eum filium dei. Unde **Hylarius**
Non prece eguit. nobis orauit. ne filius igno-
raretur. Cum enim sibi non proficeret depre-
cationis sermo. ab profectu tamen nostre fi-
dei loquebatur. Non inops ergo auxilij sed
nos sumus inopes doctrine. Ideo etiam orauit
ut in necessitatibus ad orationis suffragium esse
recurrendum nos doceret. Et notandum quod ora-
re patrem et exaudiri conuenit pro ratione hu-
manitatis in qua est minor patre non autem
ratione diuinitatis in qua est ei equalis. Ora-
turus vero gratias pro exauditione egit. quia
iam se auditum cognouit. Unde **Origenes**.
Erat enim oraturus pro resurrectione lazari.
sed preueniens illius orationem qui solus bonus
pater est exaudiuit dicenda. Pro impleto
ergo orationis subdit gradarum actiones di-
cenda. Pater gratias tibi ago quoniam audisti me
Nec Origenes. Per hoc quod ihesus oculos le-
uat in celum ostendit nobis formam oran-
di que est per eleuationem mentis in deum. Vnde
instruimur ut in oratione leuemus sursum ad
deum oculos mentis nostre erigendo et remo-
uendo illos a presentibus rebus memoria cogi-
tatione et intentione. Oculos etiam ad deum
leuamus quoniam non confidentes de meritis nostris
de sola misericordia dei speramus. Per hoc
autem quod in principio orationis gratias agit da-
tur nobis exemplum ut dum orare volumus an-
tequam futura petamus per receptis beneficiis deo
gratias referamus. Deus enim ex gradarum
actione de preteritis prouocat ad prestanda
beneficia sequentia facilius. Deinde voce mag-
na potius virtute quam clamoris intentione cla-
mauit. Lazare veni foras scilicet quantum ad cor-
pus de sepulchro et quantum ad animam de in-
ferno. et sic lazarus vocis sue virtute suscita-

uit. Vbi secundum **Origenem** est considerandum
quod mora tollendi lapidem adiacentem ex sorore
defuncti causata est. et ideo tandem resuscita-
tio fratris dilata est quod dum christum per verba de-
tinuit. sed statim cum christi mandatum obedi-
endo exequitur frater resuscitatur ut per hoc
discamus nichil interponere inter iussa christi
et executionem ipsorum si cupimus quod statim
sequatur salutis effectus. Secundum illud **Psalmus**.
In auditu auris obediuit michi. Et nota quod
vox christi magna dicitur propter virtutis mag-
nitudinem nam tanta virtus eius fuit quod sus-
citauit lazarus a morte quemadmodum suscita-
tur dormiens a sompno vel sopore. Vox etiam
ista magna representata est illius vocis mag-
ne que erit in comuni resurrectione per quam
omnes de monumentis resuscitabunt. Tan-
ta enim erit virtus huius vocis christi ut absque
temporis dilatione vitam conferret sicut erit
in resurrectione comuni quoniam in actu oculi mor-
tui audientes tubam resurgent. Clamauit in-
quam lazare veni foras quem secundum **Augustinum**. ideo ex
proprio nomine vocat quia tanta erat virtus
vocis eius quod pariter omnes mortui cohererent
exire nisi per expressionem nominis virtutem
suam ad unum determinasset. Et non solum sus-
citatus est lazarus sed prodixit et exiuit licet
esset ligatus manus et pedes institis id est fa-
scijs quibus antiqui mortuos inuoluebant et
facies eius sudario ligata erat. ne scilicet horrore
faceret. In quo virtus diuina et miraculi cer-
titudine declaratur. ideo enim ligatum et coopatum
resurgere iussit ut miraculum magis approba-
reut. Unde dominus discipulis precepit ut
eum qui foris ligatus apparebat soluerent et
hinc abire ut per opera vite ostenderet ve-
re suscitatus et non fantastice. Hic est notan-
dum quod mors anime est anime a deo derelictio
dampnosa quod fit per peccatum mortale quod
deus repellit ab anima. Unde secundum **Augustinum**.
mors anime fit cum deserit eam deus sicut cor-
poris cum id deserit anima. Quatuor autem pro-
gressibus mors anime perficitur et sic quatr-
duanus mortuus dici meretur. Prima est quod
si titillatio delectationis in corde. Secunda
consensio. Tercia factum. Quarta consuetu-
do. Sed deus ab hac morte animam ad vitam re-
suscitat per gratiam qua anima deo reconciliatur.
Quia sicut corpus vivit ex coniunctione ani-
me sic anima dicitur vivere ex unione dei per
gratiam. Et hec viuificatio significatur in resus-
citatione lazari de sepulchro. In resurrectione
enim lazari plura facta sunt que iusticie ad re-
suscitationem peccatoris conuincunt. Nam eo or-
dine quotidie peccator resuscitatur quo laza-
rus resuscitatus dicitur et talis fit quotidie

profectus in resuscitatione anime a morte peccati qualis fuit in resuscitatione lazari de feto re sepulchri. Primum ergo quod requiritur ad resuscitationem peccatoris est noticia diuina actualis qua deus respicit peccatorem in aliquo tempore certo et hec significatur per hoc quod sorores lazari miserunt nuncium ad ihesum sibi de infirmitate lazari notificando. Secundum est auxilium quod deus porrigit homini ut liberi arbitrium moueatur in deum ut anima per peccatum a deo auerfa conuertat se ad ipsum non enim est volentis velle neque currentis currere sed misericordie dei hec donare et ideo requiritur auxilium diuinum ut nos melius ad gratiam disponamus et hec portio diuini auxilii signatur per hoc quod ihesus ad lazarium ire dignatus. Tercium est motus liberi arbitrii nostri quod secundum Augustinum licet deus creauit te sine te non tamen iustificabit te sine te et ideo ex parte nostri requiritur motus liberi arbitrii qui duplex est. vnus qui mouetur super peccatum ut scilicet peccatum displiceat. alius qui mouetur in deum per fidem et spem quo deum sibi reconciliari desideret et hi duo motus notantur per occusum duarum sororum scilicet marthe et marie ita quod primus motus intelligatur per martham que prius occurrit. secundus per mariam que venit vocata per martham. hic enim hic ex primo motu prouocat secundus. Quartum est cognitio peccati in qua deus querendo reducat hominem ut homo se cognoscere studeat quem deus querendo quasi nescire se significat et hec signatur per hoc quod interrogauit ubi eum posuerunt. Quintum est gratia contritionis que sequitur motionem liberi arbitrii et cognitionem peccati et hec significatur per lacrimationem cristianam que quidem lacrimae processerunt ex fonte diuine misericordie et his lacrimis quodammodo peccator perfunditur. cum sibi hec gratia infunditur cristus enim non est lacrimatus pro morte lazari corporaliter sed pro morte peccatoris spiritualiter que in lazaro representabatur. Caueat ergo peccator ne lacrimas cristianae contempnendo gratiam sibi euacuet sed potius cum christo flente peccata sua defleat et sic effectum lacrimarum cristianae suscipiat. Sextum est propositum cauendi peccata in futurum et hoc notatur in eo quod precepit amoueri lapidem. Tunc enim lapis de sepulchro tollitur cum clauiculis propositum peccandi et moles male consuetudinis de corde amouetur. Et cum lapis subponitur tunc seditas carnis detegitur. Unde dixit martha. Domine iam scietur hic diuitie cordis amara videlicet vilitas peccati ex quo sequitur peccatum abhominatio et contumacia propositum ulterius non peccandi. Septimum est gratia infusio qua iustificatur impius et hec notatur cum clamauit voce magna dicens. Lazare veni foras.

Clamor magnus signatur magnitudinem diuine virtutis que erigitur in iustificatione impij quod secundum Augustinum maior est iustificationis impij quam creatio celi et terre. Voce etiam magna clamauit quod difficile surgit quem moles male consuetudinis premit. sed tamen post magnam vocem surgit id est per magnam dei gratiam viuificatur et iustificatur dum penitet. Datur etiam per hoc intelligi quod cristus vocat peccatorem foras exire de conuersatione peccati et de occultatione eius per confessionem faciendam sacerdoti. Octauum ergo est peccatorum confessio. quod deus ad ministrat vocem magis clamando id est magna gratia vocando et hec notatur in eo quod lazarus prohibetur de sepulchro. prohibetur enim est de occulto per confessionem venire. Sed adhuc peccator non est totaliter solutus antequam superueniat absolutio sacerdotis quod significatur per hoc quod prohibetur ligatis manibus et pedibus. Nonum ergo est sacramentalis absolutio que significatur per hoc quod cristus dixit discipulis soluere eum. Posuisset quidem immediate simpliciter verbo ipsum nec soluere sicut fecit ipsum de monumento prohibere sed voluit suos discipulos in hoc cooperatores habere quod vult hoc ministerium sacerdotibus communicare. Suscitatur ihesus quia per se ipsum viuificat interius. Soluunt discipuli quod ministerio sacerdotum absoluunt viuificari. cristus enim per se interius viuificat ministris potestatem soluendi tribuit. Mortuus ergo procedens adhuc ligatus est confitens adhuc reus. Ut autem absoluantur peccata eius ministris mandatur ut illum soluant. Sicut ergo dominus lazarium suscitauit priusquam a discipulis soluere sic in contritione peccatum dimittit et peccatorem viuificat priusquam a sacerdote absoluat cui tamen postea se ostendit tenet. Decimum et vltimum est satisfactio que signatur in hoc quod ihesus subdidit et limite eum abire. Non dixit facite eum ad sepulchrum redire. Sic sacerdos debet principaliter per satisfactionem iniungere homini quod de sepulchro et de profundo peccatorum et male consuetudinis longe abeat et nullatenus recidat et amplius non peccet. Dixit enim limite abire. non stare vel iacere sine exercitio spirituali quia in via dei stare retrocedere est sed debet ambulare de virtute in virtutem. Item mystice per lazarium languentem significari etiam potest grauem temptationem patiens et per eius sorores persone pro eius alleviatione deuote christum precantes quod non semper exaudiuntur sed talis patiens aliquando per actum peccati mortalis moti permittitur ab eo qui est tanta bonitatis et potencie quod scit et potest bona de malis elicere. In hoc autem quod

In hoc autem quod dominus vadit ad eum suscitandum ostenditur eius clemencia in quantum homines in peccatis existentes et quasi mortuos ac per se ad deum accedere non valentes misericorditer preueniendo attrahit et peccatorem non solum mortuum per culpam sed etiam aliquem fetentem per infamiam et sepultum sub lapide per obstinationem sic reducit ad vitam gratie quod non solum tollitur obstinatio et mors culpe sed etiam fetor infamie et reducit suavis odor bone fame. Nulla enim despicione datur occasio cum lazarus iam fetens et quatuordecim annis resurrexit a mortuis et monumento. **L**ocus autem infirmi erat bethania que interpretatur domus obediencie per quod datur intelligi quod si infirmus sit deo obediens potest ab eo de facili curari. Et secundum Anselmum. In bethania quod domus obediencie interpretatur lazarus suscitauit ostendens omnes qui bone voluntatis studio huic mundo morientes in sinu obediencie requiescunt in vitam eternam a deo resuscitandos. Ista autem bethania erat marthe et marie per quod duplex vita scilicet actiua et contemplatiua significatur ut sic per hoc intelligi debeat quod per obedienciam homo perfectus in vita actiua et contemplatiua redditur. Dicitur autem de lazaro quod postea nunquam visus est. nunquam in gestu signum iocosa ostendit pro eo quod vite huius erumpis quas moriens euaserat redditus fuit. Magis enim quam ante factus amator vite illius penitebat eum vite istius. Unde Augustinus. O si possemus excitare homines et cum ipsis perire excitari. ut tales essemus amatores vite permanetis quales sunt homines amatores vite fugientes. Creditur autem hoc factum ea die qua in ecclesia solet legi. scilicet feria septima ante dominicam de passione domini. Monumentum vero lazari demonstrat ecclesia ibidem in honore beate marie magdalene constructa. et grande monasterium magna oliuarum silua circumdatum. ubi erat abbacia sancti lazari cum abbatisa et monialibus ordinis sancti benedicti. Multi ergo iudeorum qui videbant mirabilia que fecerat ihesus crediderunt in eum. **R**ec mirum quia illud signum fuit diuine potestatis manifeste ostensum et tale miraculum non est a seculo auditum. scilicet quod mortuus quatuordecim annis in monumento resuscitatus ad vitam. Unde secundum Augustinum. excipit omne miraculum quod ihesus circa lazarus fecit quem ab ipso inferni inquilino destructa lege tartarea eduxit ad suppositos iussit. Quibus autem ex ipsis iudeis abierunt eadem die ad phariseos et nuntiaverunt eis que fecit ihesus et celebris erat sermo de eo apud multos. alij vero alij malo zelo moti nuntiaverunt. quia

sicut ex signis visis boni conuertuntur et perficiunt ita frequenter mali obdumantur et deficiunt. Boni quidem nuntiaverunt eis ut mitigaret eos circa iherosolimam et puotudo ut crederet mali pro ut citaret eos contra iherosolimam et perderet ut seirent. Per bonos illi signantur quod bona in alijs sicut in se amant et omnia in bonum interpretantur per malos autem illi qui uidentur seruorum dei opera diuersis interpretantur et infamare conantur. **O**ratio

Ihesu benignissime qui quatuordecim annis lazarus iam fetentem a sepulchro resuscitasti et a vinculis soluere ac libere abire fecisti. moueantur obsecro viscera misericordie tue super me miserum peccati delectatione. consensu et perpetratione mortuum mole male consuetudinis oppressum et sepultum iniquorum quatuordecim annis et fetidum et me a sepulchro viciorum resuscita ut per confessionem foras veniam. resuscitatum a vinculis peccatorum et mortis solue. solum ab omni seruitute liberum in libertatem glorie filiorum dei ire concede. Amen

De conspiratione pontificum et phariseorum contra iherosolimam. Capitulum XVIII

Redictio itaque miraculo de suscitacione lazari publicato. pontifices qui erant maioris auctoritatis et magis litterati et pharisei qui videbantur per alios religiosi ex quibus factum eorum gladius erat moti sunt ab tractandum publice de morte christi ex ira et inuidia quam de fama et gloria eius habebant et ad hoc faciendum collegerunt concilium sabbato mox sequenti aduersus iherosolimam timentes si dimitterent eum sic uiuentem et signa talia facerent per ipsum amittere et locum et gentem eo quod omnis turba post eum iret et crederet. et ipse facta eorum uana et abolenda esse doceret. **C**oncilium a conciliando est dictum. quia conciliati et congregati erant in unum malum consensum. Et hoc erat primum concilium quod habuerunt contra iherosolimam. Prius quidem querebant eum interficere nunc autem sententiam finauerunt et querentes concilium apte de morte eius tractauerunt. Videbant enim christum a populo tanquam regem honorari et quia mandatum romanorum erat ut nullus nisi per eos deberet rex nominari omnis enim qui se regem facit contra dicitur cesari ideo timebant quod si christum tanquam regem haberet romani ipsos rebelles reputarent et venientes contra eos ciuitatem et locum destruerent. Vel timebant etiam ne si christi doctrina procederet templum et vniuersa religio. ac reuerencia eius vilipenderetur et iudei nullius momenti fieret et ideo romani ciuitatem

eis auferrent. eos q; in seruitute dispergerent
Uel certe timebant ne si om̃s in xpm crede-
rent nemo remaneret q̃ aduersus romanos
ciuitatem templum q; defenderet. quoniam
contra ipsum templum et contra suas pater-
nas leges doctrinam xpi esse sentiebant. **P**ro-
phetas et pharisei sibi consulebant nec tamē
credere volebant. **P**lus enim p̃diti homines
cogitabant quomodo alteri sc; cristo nocē-
cerent vt perderent q̃ quomodo sibi consule-
rent ne perirent. **T**imebant et consulebant.
Sed trepidauerunt timore vbi non erat ti-
mor. **S**i em̃ cristo credidissent. si eum non
occidissent. nec locum nec gentem amisisset.
Sed quia cristum occidere non timuerūt et
locum et gentem perdidērunt. **N**am et roma-
ni post domini passionem et glorificationem
tulerunt eis locum et gentem expugnando
occidendo et transferendo. **T**empalia perdere
timuerunt et eterna non cogitauerunt et sic
vtraq; amiserunt. **Q**ue vt futuri egerūt hec
quia egerunt non effugerunt. **Q**uid vobis
profiuit o insani iudei q̃ tm̃ scelus cōmisis-
tis. **N**ūquid q; cristo dñō vt docuit seruire no-
luistis ideo domino caruistis. **D**um enim il-
li seruunt reges quibus vs seruitis facti es-
tis mali serui bonorum seruorum cristi. **P**er
quos conterit contumaciam vestram. per ipsos
dissipat cōsilia vestra per ipsos retribuit lee-
lera vestra in capita vestra. **I**pse autem domi-
nus quem interimistis non vs seruos sed li-
beros esse cupiebat. quando dicebat si vs fi-
lius liberauerit ṽ liberi eritis. **V**os autē dñm
deū regem et ipsam viam libertatem nō solū
repudiastis vtrūetiam negare cupientes cla-
mastis non habemus regem nisi cesarem. **C**ō-
fidem q̃t sunt hodie homines etiam religio-
sum habitū gestātes q̃ iudeos imitando tem-
palia perdere metunt et eterna nō attendūt
sic q̃ vtraq; non immerito amittunt. **S**unt
enim pleriq; etiam religiosi q̃ tempalia quā-
doq; minus iuste et oblique acquirentes vel
sic acquisita possidentes ea dimittere trepi-
dant et pro hys eterna amittere non formi-
dant. **E**t quia nunc cum iudeis tenebras dili-
gunt interiores sc; culpe ideo tunc cum eis in
tenebras mittentur exteriores scilicet. **R**eli-
giosus ergo cupidus vel vanus est lamenta-
bilis quia miserabilior est quodammodo o-
mibus creaturis. scilicet carens deo et mundo.
Tunc cayphas quia pontifex fuit q̃d eis sa-
ciendum erat decreuit et ppter auctoritatem
officij locutus est dicens. **E**xp̃dit vt vnus
homo etiam si bonus et iustus esset pro po-
pulo moriatur et populi conseruatione et nō
tota gens peat. si ille in vita maneat. q̃a bo-

num comune magis est eligendum qm patēti
culare. **H**ic patet manifeste q̃ passio inuidie
et luoris contra cristum et passio timoris p-
tendi gentem et locum subuertebat in eis vō-
mis iudiciū quia in nullo casu licitum est in-
terficere innocentem et iustum. per hoc enim
non prociatur sed magis destruitur oīe bo-
num. **P**ropter q̃d iudicio dei illud malum
q̃d credebant per mortem cristi euadere sc; de-
structionem loci et gentis hoc per mortem
cristi incurrerent. quia in penam huius pecca-
ti romani locum et gentem destruxerunt q̃d
per tytum et vespasianum anno xlii post pas-
sionem cristi est factum. **P**ropheta; autē autē
ca pphas vtilem huāno generi mortem cristi
licet nesciens. **Q**uamuis enim esset intēcio
cayphe dare solummodo conciliū de morte
cristi pro temporalis p̃suli euasione circa po-
pulum iudeorum tamen verum suum sic so-
nabat q̃ cristus erat moriturus pro gente et
populo et q̃ sic protulit fuit pphēcia quodā
modo de futuro q̃ cristus erat moriturus p-
salute spiritali non solum iudeorum sed etiā
omnium gentium qui creaturi erant in ipso
et per fidem congregandi. **V**n theophi. **H**oc
autem ipse quidem praua dixit intencione s-
tamē spiritus sancti gracia ore ei? ṽsa est ad
future p̃sagium. **H**ec theophi. **N**on tamē
sequitur q̃ quāq; pphetat sit ppha nā q̃n-
q; aliam cōceditur actus alicuius rei cū tamē
condicio ei non conceditur. **U**nde origenes.
Nō q̃nq; pphat ppheta est sicut nō q̃nq;
ius proficitur iustus est scilicet q̃ facit ali-
quod opus ppter humanam gloriam. **H**ec
orig. **E**xp̃dient autē et necessariū fuit xpm
pro nobis pati et mori rōne triplici. **P**rimo
ad ostendendum circa nos iudiciū diuine dig-
nacionis et pietatis. **S**ecundo ad exsoluendū p-
cium nostre redēptionis q̃d fuit p̃ciosus
inmaculati ibesu cristi sanguis. **T**ercio ad p-
bendum exemplum n̄re imitationis vt seq-
mur vestigia eius. **I**nsuper et alia racione tri-
plici exp̃diebat cristum mori. **P**rimo q̃ hō
mortuus erat et iō exp̃ diebat vt xpus mortē
n̄rā destrueret et hominem viuificaret. **E**t
autē hō mortuus quadruplici mortē scilicet
nature culpe gehenne et ex priuatione ṽsionis
diuine. **P**rimam destruxit per suam gloriā
sam resurrectionem secundam per sui sangui-
nis effusionem. **T**ercia p inferni expoliacōz
q̃rā p sue ṽsionis restitucōz. **S**ecundo q̃ hō erat
p̃ditus ideo exp̃ diebat vt cristus ad nos ve-
nirēt ac mortem subiret et sic hominem per-
ditū inuenirēt. **T**ercio q̃ hō erat a deo diuisus
et dispersus ideo exp̃ diebat vt xpus homines
in vnum congregaret et ad deum reuocaret.

Cayphas ergo prophetavit quidem id est v
ba prophetie protulit nec tamen erat pph
ta qz inspirationem prophetiam non accepit
et domum pphcie non habuit sicut et bala
am **V**nde scdm Aug. Docemur etiam homi
nes malos pphcie spiritu futura predicere
qd tamen euangelista diuino tribuit sacramen
to id est virtute ipsius sacramenti scilicet su
mi sacerdos est quia cayphas non a semetipso
hoc dixit sed cum esset pontifex id est summus
sacerdos anni illius et ministerium habens i
manibus non meritis suis pphetavit et spi
ritu dei locutus est quia ipso ignorante dictu
pphetiam protulit non ratione meriti sui s
dignitatis officij et forte vinctio pontificalis
contulit ei quendam sensum pphetandi. **U**nde
Cris. Vide autem quanta spiritus sancti vir
tus est. a mente enim mala valuit verba p
ferre pphcie. **V**ide etiam quanta est pontifi
calis virtus potestatis. **P**ontifex enim effec
tus et si indignus existens prophetauit nel
ciens quid diceret. **O**re em solo vsa est gēia
contaminatum cor non contigit. **H**ec Crisost.
Quam auctoritatem solum credimus ma
lum prelatum exaudiri et forte quia pco ec
clesie est et in eius voce dicit oremus cum mul
te auctoritates faciant in contrarium. vt illa
qua suis premitur aliena non diluit et huius
modi. **D**icitur autem cayphas fuisse pontifex
anni illius. quia licet deus constituerit sum
mum sacerdotem vnum cui mortuo vnus suc
cederet. per ambitionem tamen postea euenit
vt plures essent. et per annos singulos suis
vicibus ministrarent. **A**b illo ergo die quasi
vili accepto concilio cogitauerunt magis de
fuisse qm prius. vt cristum qm diuini possent
interficere edicentes vt inuentus duceretur
in iherusalem. licet enim ante habuisset in
stinctum et voluntatem interficiendi ipsum
tamen ex consilio cayphe diffinierunt firmiter
proposito hoc qm diuini possent adimplere. **P**
rauum consilium o pessimi duces populi o
consiliarii nequissimi. **Q**uid agitis miseri.
Quid vos furor exagitat tantus. **Q**ue ordi
natio est hec qd apostolum que causa occisio
nis domini nostri ihesu cristi. **N**onne ipse in
medio vestrum est. quem tamen nescitis et in
telligit omnia verba vestra et scrutatur renes
et corda. **S**ed sic fieri oportet vt deliberatis
quia tradidit eum pater suus in manibus
vestris. **Q**uia ergo ihesus iam destinatus e
rat morti. ideo ab ipso sabbato q concilium
colligerant inchoamus memoriam domini re
passionis in diuino officio. maxime in ymp
nis et subicemus gloria patri in introitu
misse et responsorij. et quasi post horam ci

dem concilij publicum luctum incipiens ec
clesia et suo compaciens domino sicut membra
capiti ex tunc quasi lugendo recitat xpillu tu
gis misterium crucis clauds et lanceam pfo
rati corporis et hys similia vsqz ad diem pas
sionis nondum tñ plene. quia nondum tradi
tus erat dominus in lamistarum man. **U**nde
dominica et ebdomadam illam de passione
domini appellamus. **D**iuulgatum autem fu
it istud consilium de occisione cristi habitum.
Sed sapiens dominus volens dare locum ire
et etiam quia nondum erant omnia comple
ta nec dum venerat hora eius qua tradendus
erat et crucifigendus post concilium caucius
se obseruans palam apud eos ambulare de
sistit neqz ad aliquam ciuitatem populatam
abijt. sed in regionem iuxta desertum vbi
pauci de iudeis erant et non frequentia infi
diancium in ciuitatem effrem que erat pua et
parum populata ac magis secreta et ibi mo
nabatur cum discipulis suis vsqz ad tempus
sue passioni appinuum. **S**ed stetit ibi pau
cis diebus cum iphs discipulis se occultans
ad tempus. **V**bi cris. Iph autem quando o
nes letabantur et festum celebrabant tunc
occultantur et in piculis sunt. sed tamen p
manebant cum eo scdm illud. vos estis qui
pmansistis mecum in temptationibus meis.
Et sic fugit dominus ante faciem nequissimo
rum seruorum. et hoc non fecit ppter poten
cie defectum s vt alijs daret viuendi exemplū
Unde Augustinus. **N**on quia potencia ei
defecerat in qua si vellet palam cum iudeis co
uerfaretur et nichil ei facerent sed exemplū
discipulis demonstrabat. in quo appareret
no esse peccatum. si fideles eius oculis perse
quendum se subtraherent. et furorē sceles
tatorū latendo potius euitarent. qm si ostent
dendo magis accederent. **S**cdm Orig. hoc
nestum et laudabile est imminente iam piculo
et agone confitendi ihesum non euitare con
fessionem nec recusare subire mortem gratia
veritatis sed nullus debet tradere occasionē
tante temptationi et hoc ppter duas raciones
primo quia valde presumptuosum est piculū
se ingerere ppter inpericiam ppe virtutis
que quando qz fragilis inuenitur et ppter fu
turi euentus incertitudinem. scdo ne nos in
gerentes psecutoribus occasionem prestemus
eis vt magis impij et noxij fiant. et nos de
eorum delicto demus responsum et luamus
penas. **P**roximum autem erat pasca iudeorū
Hoc subditur ad ostendendum q cristus p
uo tempore in ciuitate se occultauit quia ante
pasca in iherusalem venit. **E**t ascenderunt
multi de regione iherosolimam ante pasca

ut sanctificarent et mundarent seipsos orationibus et sacrificiis ante festum ad digne comedendum agnum paschalem quem nullus comedere debebat nisi mundus. **P**recepit enim dominus per moysen ut ubique de tota iudea conuenirent ante pascha in iherusalem et ibi secundum legem ante esum agni paschalis se mundarent. ut sic purificati sollemnitati et esui agni mundi interessent. **U**n **Theoph. i.** Ascenderunt autem ante pascha ut purgarentur quoniam quidamque peccauerant pascha non celebrabant nisi prius expiarentur balneationibus et ieiuniis ac ieiunia quinetiam quasdam deputatas oblationes offerende. **D**ec theoph. **U**bi informantur quod debent communicare quia confessione oratione et ieiunio ante debent purificari. Si enim hoc fiebat de agno figurati multo magis se debet homo sanctificare bonis operibus ad digne recipiendum verum agnum immaculatum corpus christi. Sed iudei obliuisci sanctificationis tractabant de necesse veri agni et ipsum agnum ad inolandum querebant in ipso loco orationis festo sanguinem innocentem miscere cogitantes. **U**nde cris. **H**ij venerant in exercitiis per homicidium et sanguinem se corinquinare. Infidiabantur ei et tempus festi tempus faciebant occisionis. **D**ec cris. querebant ergo ihesum et colloquebantur adinuicem in templo stantes. **Q**uid putatis quia non venit ad diem festum. **Q**uia enim mirabantur quod in tanta congregatione ab docendum non uenerat. ideo querebant. non quidem bene et ad honorandum sed male et ad occidendum. Sed est notandum quod quando est dies festus et agitur sancte semper dominus est in die festo secundum illud ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorum sum et ideo nos congregati in domo dei queramus ihesum mutuo nos consolando et exorando ut ad diem festum nostrum ueniat et nos sua presenca sanctificet quando uero non recte agitur festum tunc non uenit ihesus secundum illud ysaie. festiuitates vestras non fecim. Et subdit euangelista quasi respondens questionibus eorum. **D**ederant enim pontifices et pharisei mandatum ut si quis cognouerit ubi sit ihesus indicet potestati publice ut apprehenderent eum scilicet ministri potestatis ad occidendum propter hoc enim ab eis sic ab ingratissimis et obstinatis recesserat usque ad tempus quod sue passioni dispositum erat. ut ait augustinus. nos qui scimus ubi christus est quia ad dexteram dei patris indicemus iudeis ut sic utinam apprehenderent eum per fidem. **C**onspice igitur predictos nepharios in

